[14] Sandford St. Martin. *Nota* mark in margin.
[15] Gamond 1526. The vicar in 1535 was Robert Draycote.

tam et si ipse et predecessores sui p[er] aliquod tempus soluerunt procuraciones et sinodales archidiacono quod ipse non fatetur dicit[1] tamen quod si soluerunt hoc errore quodam fecerunt quippe abbas de Osney tenetur illud prestare et soluere , et hoc per quemdam[2] composicionem inter vicarium et abbatem huiusmodi factam plenius apparet et liquet.[3]

Iconomi Edmundus Coke
Willelmus Botler } Omnia bene.

BLADON. Magister Christoferus Barnes rector.[4]

[Iconomi][5] Ricardus Valente
Johannes Darlyng } Non habent curatum ibidem permanentem sed quemdam fratrem[6] culpa firmarij magistri Barnes.

WODESTOKE. Capella annexa ad Bladon.
Dominus Johannes Horne curatus.
Dominus Thomas Philppes cantarista.[7]
Dominus Willelmus Marschall cantarista.[8]
Dominus Thomas Harrys cantarista.[9]

Iconomi[10] Willelmus Savage
Johannes Grouer } Johannes Cop et vxor eius diffamerunt[11] vxorem Rolandi Chamberlan et Margeriam Blundell dicendo eos habuisse proles ante nupcias . Dominus Thomas Harres non habitat super cantaria sua nec debite seruit eidem.

HENSYNGTON. Capella annexa ad Bladon.
Johannes Cockes.

HANBOROWE. Magister Doctor Higdon.[12]
Dominus Georgius Wattson.

[Iconomi] Johannes Coke
Christoferus Burcher
Johannes Hill } Omnia bene.

[1] Repeated.
[2] *Sic* : for *quamdam.*
[3] The sentence is somewhat complicated. The vicar's statement was 'that even if he and his predecessors did pay procurations and synodals to the archdeacon for some time (which for his own part he does not admit), nevertheless, if they did so pay, it was by some mistake that they did this, inasmuch as the abbot of Oseney is bound to make this proffer and payment, and this appears clearly and in full by a composition made between the vicar and such abbot.'
[4] Dr. Leonard Huchynson was rector in 1535.
[5] *Nota* mark in margin.
[6] A friar.
[7] Named in 1526 (Phillippes). See I, 131.
[8] Stip. in 1526 (Marsshall).
[9] Named at Bladon 1526 : still *cantarista* in 1535.
[10] Two *nota* marks in margin.
[11] *Sic* : for *diffamarunt.*
[12] See p. 48 above, note 11. In 1535 Higden had been succeeded by John Holyman.

WESTCOTTBARTON. Magister Robertus Fenton rector.[1]
[Iconomus[2]] Willelmus Amesden / Vxor Willelmi Bawderey retinet pecunias ecclesie quas reliquit maritus / Agnes Crampe q . . . to perit[3] : suppressit partum suum abscondit interfecitque . Erat impregnata per quemdam Johannem Wyghton.

fo. 136.

STEPLEASTON. Magister Haywarden rector . studet Oxonie.[4]
Dominus Jacobus Warton curatus.
Ricardus Schirde firmarius.
[Iconomi] Cristoferus . . . valet
Johannes S . . . . . } Omnia bene.

DUNSTEWE. Prior et conuentus de Merton[5] proprietarij.
Magister Ricardus Castelton vicarius.[6]
Iconomi[7] Robertus Sawle
Willelmus Andrew } Mother Hall fouet quamdam mulierem impregnatam iam existentem in domo sua.

NORTHEASTON.[8] Prior et conuentus de Bradstoke[9] proprietarij.
Dominus Nicholaus Pye vicarius non residet sed habet aliam curam apud Netherheyford.[10]
Iconomi Henricus Fyscher
Johannes Hall } Omnia bene.

RULLESHAM.[11] Magister Willelmus Redferne rector.
Iconomi[12] Willelmus Myres
Ricardus Creton } Cantaria ibidem est dilap[idata] . . . . . celebrat ibidem nisi per . . . . . .

TACKELEY. Magister Thomas Hulse rector residet super a[lio beneficio].[13]
Dominus Matheus Schekwell curatus.[14]
Iconomi Ricardus Howes
Christoferus Barett } Omnia bene.

[1] The rector in 1535 was Drew (*Drogonus*) Fever.
[2] *Nota* mark in margin.
[3] *Sic :* for *peperit.* The word before is not clear.
[4] Mag. Clement Wymer was rector in 1526. Haywarden appears to be Richard Hawarden, fellow of New college 1518, M.A. 1526.
[5] In Surrey. [6] John Andrewes was vicar in 1535.
[7] *Nota* mark in margin. [8] North Aston. [9] Bradenstoke in Wiltshire.
[10] *Vocetur* in margin. Pye was curate at Nether Heyford in 1526, Peter Webber being then vicar of North Aston.
[11] Rousham. [12] *Nota* mark in margin.
[13] John Walker was rector in 1535.
[14] This may be Matthew Shawe, named in 1526, who was also curate at Wendlebury for half the year.

SCHIPTON SUPER CHARWELL. Magister Johannes Corninysche[1] rector.
Dominus Edwardus Thorpe.

Iconomi[2] Willelmus Hyckes Thomas Rypyngale	Ricardus Foxe famulus Willelmi Rypyn[gale] Willelmi Ripyngale[3] dedit ecclesie per suam vltimam voluntatem vnum nobile soluendum per Willelmum Schirton qui erat debitor eiusdem Ricardi . Magister eius administrat bona defuncti absque huiusmodi [solucione]

KYDDLYNGTON. Abbas et conuentus de Osney proprietarij.
Dominus Rogerus Mittyng curatus.

Iconomi Robertus Sawders Willelmus Warden	Ricardus Milton et Thomas Feld detinent pecunias ecclesie . . . . . carpentario qui cum . . . . vi . . . Quidam Emster manens apud Chepyngnorton impregnauit . . . . .

fo. 136*d.*

STANT[ON]HARCOT. [Abbas et] con[uentus d]e Redyng proprietarij.
Dominus Henricus Walkelate curatus.[4]
Magister doctor Alderyge vicarius[5] /
Iconomi Robertus Flaxne
Thomas Dimerstone } Omnia bene.
Willelmus Clamfed.[6]
Ricardus Wadham.

SOWTHELEY.[7] Capella annexa ad Stanton.
Dominus Humfridus Rychardes curatus.

Iconomi[8] Thomas Colles Johannes Northe	Magister Harcott debet ecclesie dimidium quarterij ordij et debet soluere annuatim parrocho vj^{d} et iij denarios sancti Petri quod non facit immo soluere recusat.

[1] *Sic :* for Cornysshe. [2] *Nota* mark in margin. [3] *Sic.*
[4] Curate in 1526. The vicar in 1526 was Richard Hunte, in 1535 John Pereson.
[5] Robert Aldrich, M.A. Camb., 1515, D.D. Oxon. 1530. At this time he was preb. of Decem Librarum in Lincoln. He became archdeacon of Colchester in 1531, canon of Windsor, registrar of the order of the Garter and provost of Eton in 1534, and bishop of Carlisle in 1537. He died 5 March, 1555–6.
[6] *Sic :* for Clanfeld. [7] South Leigh. [8] *Nota* in margin.

COGGES. Prepositus et socij de Eton proprietarij.
Magister Johannes Clerke curatus.[1]
Magister Weyman firmarius.
Iconomi[2] Willelmus Whyght, Thomas Whyght — Nauis ecclesie patitur defectum in cooperimentis.

[NORTHELEY.][3] Abbas et conuentus de Hayles proprietarij.
Dominus Bartholomeus Gonstone.[4]
Dominus Johannes Myddelton curatus.
Iconomi[5] Ricardus Coper, Johannes Brekesper — Trussell mittit animalia in cimiterium pretextu cuius cimiterium huiusmodi maxime leditur et deturpatur.

[WOTTON.][6]. Dominus Willelmus Barley rector.[7]
Dominus Willelmus Jenkynson curatus.[8]
[Iconomi[9]] Thomas Aston, Johannes Horne — Elizabeth famula cuiusdam Johannis Gregorye est impregnata per quemdam Johannem Drynkwater . Mures[10] ecclesie rumpuntur . Judex monuit eos reficere citra festum Omnium Sanctorum.

EYNISHAM. Abbas et conuentus ibidem proprietarij.
Magister Johannes Gurle vicarius.[11]
Iconomi[12] Johannes Godwyn, Willelmus Cordewyn — Magdalena Deane fouet lenocinium et suspiciose viuit cum personis ignotis frequentibus domum eius / Johannes Hill est communis jurator et . . . . . non audit diuina officia nec accedit ad ecclesiam.

fo. 137.

COMBE.[13] Rector et socij Lincoln . Oxon . proprietarij.

[1] Dom. Johannes Clerk, curate in 1526.
[2] *Nota* mark in margin.
[3] North Leigh.
[4] Vicar (Gunstone) in 1526 and (Gounstone) in 1535.
[5] *Nota* mark in margin.
[6] Wootton.
[7] The rector in 1526 was William Blakden, in 1535 John Walker, possibly the same person named above as rector of Tackley at that date.
[8] Curate in 1526.
[9] *Nota* mark in margin.
[10] *Sic* : for *muri*.
[11] Also vicar of St. Mary Magdalene, Oxford.
[12] *Nota* mark in margin.
[13] Combe Longa.

Dominus Johannes Scharpe.

Iconomi[1] Johannes Colles
Thomas Schipton } Galfridus Johnson impregnauit vxorem suam ante nupcias.

BEKEBROKE.[2] Dominus Johannes Russell rector.[3]

Iconomi[4] Thomas Alen
Thomas Baylye } Non habent curatum permanentem sed monachum Vocato parrocho judex monuit eum quatinus prouideret alium curatum permanentem et . . . . quatinus exhiberet dispensacionem[5] infra quindenam.

CASYNGTON. Abbas et conuentus de Eynesham proprietarij.
Dominus Willelmus Fuller vicarius.[6]
Iconomi Robertus Marche
Griffin Inglesbye } Omnia bene.

STONEFELD. Dominus Philippus Apprice rector.
[Iconomi] Morganus Machyn
Ricardus Tuckener } Omnia bene.

WYVELCOT.[7] Dominus Johannes Leuersage rector.[8]

ERDYNGTON.[9] Abbas et conuentus de Eynesham proprietarij.
Dominus Johannes Russell vicarius.[10]
Iconomi[11] Johannes Gybbes
Thomas Gybbes } Omnia bene preterquam ecclesia habet complures debitores.

Decanatus de Oxonia[12]

ECCLESIA SANCTE MARIE. Prepositus et socij collegij Regalis Oxon[13] . proprietarij.
Magister doctor Roper vicarius.[14]
Dominus Willelmus Philippe curatus.
Iconomi Willelmus Alberd
Ricardus Hoper } Omnia bene.

[1] *Nota* mark in margin. [2] Begbrooke. [3] Also vicar of Yarnton.
[4] *Nota* mark in margin. [5] I.e. for plurality of benefices.
[6] Called Fullow in 1526. The vicar in 1535 was John Roberts. [7] Wilcot.
[8] Henry Barley is named as curate in 1526. Leversage is mentioned in 1535.
[9] Yarnton. [10] Also rector of Begbrooke : see above.
[11] *Nota* mark in margin. [12] 14 entries, two parochial chapels.
[13] I.e. Oriel college.
[14] Roper was also vicar of Witney ; see p. 48 above, note 12. Inst. to St Mary's 14 Nov., 1498. He died before 11 June 1534, when he was succeeded by mag. John Pytte, S.T.B., rector in 1535, who res. in the same year (Wood, *City of Oxford* [Oxf. Hist. Soc.], III, 89).

fo. 137*d.*

ECCLESIA SANCTI CLEMENTIS. Magister Willelmus Basse rector.[1]
Iconomi absens Johannes Caxton
absens Johannes Rode

ECCLESIA OMNIUM SANCTORUM. Rector et socij collegij Lincolniensis proprietarij.
Dominus Ricardus Fletcher curatus.

Iconomi[2] Robertus Davis
Johannes Maydstone

Agnes Happar contraxit cum quodam carpentario inter quos banna erant edita diu ab hinc . . . . . [creditur quod] suspiciose viuunt . Johannes Philipps cubat in domo . . . . . cum qua creditur quod suspiciose viuit . Johanna Preston contraxit cum quodam Taylor quod matrimonium non celebratur et creditur quod suspiciose viuunt . Scholares aule Pecwatersine . . . . . Edwarde[3] veniunt ad eorum ecclesiam vbi audiunt diuina vt tenentur[4] ire ad collegium Cardinalicium et hoc ex mandato episcopi Lincolniensis.

ECCLESIA SANCTI PETRI IN BALIOLO. Magister doctor Buckeley rector.[5]
Dominus Rogerus Hues curatus.

[1] Mag. William Bays, Dec. Bac., inst. 4 Nov., 1523, ob. ante 5 Nov., 1540 (Wood, III, 81).
[2] *Nota* mark in margin.
[3] Peckwater's Inn was soon to be merged in Christ Church. Probably we should read *et aule Sancti Edwardi* after *Pecwatersine*.
[4] *Jure* cancelled.
[5] Mag. Arthur Bulkeley, LL.B., of New Inn Hall, inst. 1 June 1523, ob. ante 2 March, 1531–2, when he was succeeded by mag. Hugh Robertes, Dec. Bac. (Wood, III, 99, 100). He was rector of Llanddeusant in Anglesey, a cursal canon of St. Asaph, where his stall still bears his name, and preb. of Clynnog Fawr in Carnarvonshire. He was consecrated bishop of Bangor 19 Feb., 1541–2, and died 14 March, 1552–3.

Iconomi[1] Ricardus
Joanes
Andreas Ferne
} Vxor Colls recipit mulieres grauidas in domum suam in qua fouentur . Vxor Gybscott est communis diffamatrix vicinorum suorum.

ECCLESIA SANCTE MARIE MAGDALENE. Abbas et conuentus de Osney proprietarij.
Magister Johannes Gurle vicarius.[2]
Dominus Willelmus Musmare curatus.
Magister Hayes stipendarius.[3]
[Iconomi[4]] Ricardus Walkelyn
Johannes Hawkyns
} Pecierunt dilacionem quibus judex assignauit ad tradendum detectiones suas die Sabati ad quindenam.

ECCLESIA SANCTI PETRI IN ORIENTE. Custos et socij collegij sancti Mertini[5] Oxon proprietarij.
Magister Robertus Serles vicarius.[6]
Dominus Johannes Whyght curatus.
Dominus Johannes Whyght curatus.[7]
[Iconomi] absens Willelmus Crispie.
absens Robertus Holdebeke.

fo. 138.

HOLYWELL. Custos et socij collegij sancti Mertini[8] Oxon . proprietarij.
Dominus Nicholaus Bodcoke curatus.
Iconomi Johannes Smythe
Willelmus Perne
} Omnia bene.

ECCLESIA SANCTI ALDATI. Magister Willelmus Marble rector.[9]
Magister Johannes Glasyere curatus.[10]

[1] *Nota* mark in margin.
[2] Also vicar of Eynsham. Inst. to St. Mary Magdalene's 15 April, 1515, res. by 17 July, 1534, when he was succeeded by mag. William Tresham, S.T.P. (Wood III, 92).
[3] John Hayes, named in 1526.
[4] Hand in margin.
[5] *Sic.* Merton college is meant.
[6] Inst. 20 Dec., 1524 (Wood III, 98). He was fellow of Merton, M.A. 1516–17.
[7] *Sic :* repeated.
[8] *Sic.* Merton college, as before. Holywell was a chapel to St. Peter's in the East.
[9] Inst. 16 Jan., 1514–15, res. by 2 Nov., 1538 (Wood III, 79).
[10] John Glaserde was curate of St. Thomas' in 1526.

Iconomi[1] Ricardus Huckyns
Ricardus Wiggested } Magister Basse negat soluere denarios sancti Petri necnon quidam Humfridus retinet personas suspectas et ut creditur fouet lenocinium et vxores Lye et Sterlyng sunt communes diffamatrices . Ricardus Coke non visitat ecclesiam nec in eadem audit diuina.

Ecclesia sancti Michaelis.[2] Rector et socij collegij Lincolniensis proprietarij.
Dominus Willelmus Gateley curatus.

Iconomi[3] Johannes Colls
Cristoferus Walker } Quidam Willelmus Tytt contraxit cum quadam Philippa et edidit banna tamen non solempnizatur illud : adinvicem viuunt tanquam [maritus] et vxor in vna et eadem domo.

Ecclesia sancti Martini.[1] Dominus Willelmus Wodward rector.[5]
Dominus Willelmus Alen curatus.
Iconomi Willelmus Folyfold
Willelmus Spensar } Omnia bene.

Ecclesia sancti Egidij. Abbatissa et conuentus de Godstowe proprietarij.
Magister Dauid Pole vicarius.[6]
Dominus Ricardus Plunkett curatus.
Iconomi Johannes Watson
Willelmus Leonard } Omnia bene.

Ecclesia sancti Thome. Abbas et conuentus de Osney proprietarij.
Dominus Johannes Williams curatus.
[Iconomi] absens Ricardus Cotterell
absens . . . . Deuelyng }

[1] *Nota* mark in margin. [2] St. Michael's at the North gate.
[3] *Nota* mark in margin. [4] Carfax.
[5] Inst. 1510, res. by 21 Jan., 1538–9 (Wood III, 88).
[6] Mag. Thomas Powell (Aphowell, LL.B., inst. 27 April, 1524) was vicar in 1526. He was succeeded on resignation by mag. David Pole, Dec. Doc., 25 April, 1528, who res. by 2 March, 1530–1, when mag. Morgan Johns, Dec. Bac., was inst. Johns (Jones) res. by 7 Dec., 1531, and his successor, Mag. John Barber, LL.B., res. by 20 Nov., 1534. Mag. Edward Webster, A.M., then inst., was vicar in 1535, but res. by 14 Dec., 1536 (Wood III, 86, 87). Thus in twelve years there were five vicars, all members of All Souls college. David Pole was fellow of All Souls. In 1531 he obtained Tachbrook preb. in Lichfield, where he became archdeacon of Salop in 1536 and archdeacon of Derby in 1542–3. He was also dean of Arches. He was consecrated bishop of Peterborough 15 Aug., 1557, and was deprived in 1559.

fo. 138*d.*

ECCLESIA SANCTE EBBE. Magister Robertus Blackmor rector.[1]

[Iconomi[2]] Johannes Leke
Egidius Morlett
} Vxor cuiusdam Elyott' suspiciose viuit . Johanna Coper eodem modo viuit . Et vxor Hall retinet suspectas personas in domo sua.

VULVECOTT.[3] Dominus Willelmus Hayward curatus.

Iconomi Willelmus Person
Thomas Archer
} Omnia bene.

Decanatus de Aston[4]

CHYNNORE. Magister Doctor Incent rector.[5]
Dominus Willelmus Elyvale curatus.[6]
Ricardus Goodchylde firmarius.

Iconomi[7] Ricardus Clerke
Johannes Priste
} Cancellus est ruinosus in cooperimento videlicet in the sylyng super altare.

CROWELL. Dominus Edmundus Crowell.[8]

Iconomi Robertus Trotman
Willelmus Flecher
} Omnia bene.

ASTON.[9] Decanus et socij collegij Cardinalicij Oxon . proprietarij.
Dominus Nicholaus Ascheley vicarius.[10]
Dominus Hugo Colley curatus.

Iconomi[11] Johannes Belson
Robertus Belson
} Robertus Cornenische negat soluere denarios sancti Petri.

LUKENORE. Custos et socij collegij Animarum Oxon . proprietarij.
Magister Ricardus Bedoo vicarius.[12]

[1] LL.B. Inst. 2 March, 1521–2 (Wood III, 83).
[2] *Nota* mark in margin.
[3] Wolvercote, chapel to St. Peter's in the East.
[4] 24 entries, four parochial chapels. The prebendal church of Thame with the chapels of Sydenham and Tetsworth was locally in this deanery.
[5] See page 39 above, note 4. [6] Ellwell 1526.
[7] *Nota* mark in margin.
[8] *Sic :* probably for *Powell,* called Edward Powell in 1535. Mag. Geoffrey Gayne was rector in 1526.
[9] Aston Rowant.
[10] Asteley 1526 and 1535. Also vicar of South Stoke.
[11] *Nota* mark in margin.
[12] Bedowe 1526. Richard Bedow was of All Souls, M.A. 1505. The vicar in 1535 was one Richardson, Christian name not given.

Iconomi[1] Johannes Rowles
Robertus Broke

[2]Deberent accipere ex consuetudine vj s. viij d. videlicet pro quolibet cadauere[3] sepulto in ecclesia vj s. viij d. et magister Whitney negat soluere et sepeliuit tria cadauera in eadem et eciam recusat soluere panem benedictum.

SCHYRBORNE.[4] Abbas et conuentus de Dorchestar proprietarij.
Dominus Johannes Person vicarius.[5]

[Iconomi[6]] Ricardus Whyte
Ricardus Schedeman

Famules[7] magistri Chamberlen militis fregerunt fines et foras[8] cimiterij et agunt animalia per cimiterium pretextu cuius cimiterium deturpatur . Cancellus ecclesie est ruinosus culpa abbatis de Dorchester rectoris.

fo. 139.

PYRTON. Abbas et conuentus de Norton proprietarij.[9]
Dominus Willelmus Bayly vicarius.[10]
Dominus Robertus Ascroft curatus.[11]

[Iconomi] Johannes[12] Symon
Ricardus Emery

Sunt parati reddere compotum et parrochiani recusant recipere ex qua causa ignorant . Carent libris et fines ecclesie rumpuntur . Judex monuit eos ad construendum fines cimiterij et eciam ad emendum libros citra festum Omnium Sanctorum.

STANDELL CAPELLA. Capella dependens a Pyrton.
Dominus Ricardus Neway curatus.

MOORE.[13] Capella annexa ad Luckenor.
Iconomi Thomas West
Johannes Modye } Omnia bene.

[1] *Nota* mark in margin. [2] *te* cancelled. [3] *sepe* cancelled.
[4] Shirburn.
[5] Parson 1535. The vicar in 1526 was mag. Richard Mabote.
[6] *Nota* mark in margin. [7] *Sic :* for *famuli.* [8] *ecclesie* cancelled.
[9] The prior and convent of Norton in Cheshire.
[10] The vicar in 1526 was Laurence Orrell.
[11] Called Ascott in 1526. [12] *Nota* mark in margin.
[13] The chapel of Mouer (Ackhampstead or Cadmore End), locally in Buckinghamshire. See I, 36, where the form Ashampstead is wrongly given.

WHATTLYNGTON. Abbas et conuentus de Osney proprietarij.
Magister Johannes Schott vicarius.[1]
Dominus Hugo Yes curatus.
Iconomi Thomas Brasyar, Willelmus Harper } Omnia bene.

NEWELME.[2] Magister Thomas Leyson rector residet in altero beneficio.[3]
Magister Philippus Bale magister hospitalis.[4]
Dominus Jacobus Myller ludi magister.[5]
Dominus Johannes Wodye curatus.
Willelmus Merser firmarius.
[Iconomi[6] Willelmus Sclither, Willelmus Mercer } Thomas Luke negat soluere denarios sancti Petri.

CUXHAM. Magister Willelmus Irlond rector.[7]
Iconomi[8] Johannes Gybbons, Cristoferus Mynge } Cancellus patitur defectum in pauimento.

CHALGROUE. Abbas et conuentus de Thame proprietarij.
Dominus Radulphus Hadoke vicarius.
Robertus Quartermaynes firmarius.
Iconomi Robertus Kathermaynes, Johannes Kathermaynes } Omnia bene.

fo. 139*d*.

BRYGHTWELL.[9] Magister Nicholaus Bradbryght rector.[10]
Dominus Johannes Cottismore.
Dominus Robertus Turnor curatus.
Iconomi[11] Johannes Rose, Ricardus Alye } Cancellus ecclesie patitur defectum in cooperamento videlicet in the sylyng super altare.

[1] Scotte 1526 and 1535. [2] Ewelme.
[3] Thomas Leyson (Lysone in 1526) had been succeeded at Ewelme by Brian Carter in 1535. His other benefice was probably Kegworth in Leicestershire, of which and of Castle Ashby, Northants, he was also rector in 1526. These two he retained in 1535, when he was also rector of Bentham, Yorks., and of Wells, Norfolk, preb. of Yatton in Wells, and a preb. of St. Mary's, Warwick.
[4] Philip Bale was fellow of Exeter college and rector 1521–1526. He was rector of Honiton 1540 and Combe Raleigh, Devon, 1555, and died in 1559. In 1526 the master of Ewelme hospital was mag. William Umpton, in 1535 William Marshall.
[5] Milner 1526. [6] *Nota* mark in margin. [7] Irelande 1526, Irelond 1535.
[8] *Nota* mark in margin. [9] Brightwell Baldwin.
[10] Bradbrige 1526. Nicholas Bradbridge obtained Welton Rivall preb. in Lincoln in 1508, quitting it for Liddington preb. in the same year. In 1512 he exch. Liddington for the chancellorship of Lincoln with William Atwater, afterwards bishop of Lincoln. He died 14 March 1532–3. His successor at Brightwell Baldwin in 1535 is called Cottysford, presumably John Cottesford, rector of Lincoln college 1518–1538.
[1] *Nota* mark in margin.

SOWTHWESTON. Dominus Willelmus Ardes rector.
Iconomi[1] Edwardus Heyborne
Willelmus Beuerye
} Cancellus ecclesie est ruinosus in muris et fines cimiterij rumpuntur , et acceperunt terminum ad emendandum[2] citra diem dominicum quo ad cimiterium.

BARWYKE.[3] Capella dependens a Chalgraue.
Iconomi[4] Johannes More
Willelmus Wyse
} Fines cimiterij rumpuntur . Acceperunt terminum ad emendandum citra festum Omnium Sanctorum.

WHYTFELD.[5] Dominus Georgius Langschawe rector.[6]
Iconomus Franciscus Aderton . Omnia bene.

STOKE TALMAGE. Magister Edwardus Chamber rector.
Magister Thomas Morwyn curatus.
Iconomi[7] Ricardus Alnott
Johannes Fynche
} Rectoria est ruinosa . Rector tamen est circa reparacionem eiusdem.

AMYNGTON. Dominus Johannes Stratton rector.
[Iconomi] Johannes Gune
Thomas Fyscher
} Omnia bene.

IPSTONE.[8] Dominus Radulpus Meddeley rector.[9]
Dominus Egidius Colleye curatus.
Willelmus Banestar firmarius.
Iconomi[10] Iohannes Croke
Ricardus Tylor
} Anna Bowle est communis diffamatrix et obiurgatrix vicinorum.

ADWELL. Dominus Cristoferus Stanyard rector.[11]
[Iconomus] Johannes Broke / Omnia bene.

[WER]PYSGRAVE. Dominus Raynoldus Haryson rector non residet.
Magister Willelmus Barenteyne firmarius.

fo. 140.

ESYNGTON. Dominus Willelmus Hawkyns rector.[12]
[Iconomus[13]] Johannes Frytwell / cimiterium dilapidatur culpa Roberti Cottysbroke . Promisit judici emendare citra festum Omnium Sanctorum.

[1] *Nota* mark in margin. [2] *s* cancelled. [3] Berrick Salome.
[4] *Nota* mark in margin. [5] Wheatfield.
[6] Wrongly called John in 1535. [7] *Nota* mark in margin. [8] Ibstone.
[9] Wrongly called Richard Medeley 1535. Also rector of Rotherfield Grey.
[10] *Nota* mark in margin. [11] Staynarde 1526, Staynerd 1535.
[12] Roger Wittour, 'scolaris,' was rector in 1526. [13] *Nota* mark in margin.

STOKENCHURCHE. Capella annexa ad Aston /
Dominus Willelmus Beame curatus.

Iconomi[1] Willelmus Calemer
Ricardus Oxslade

Johanna Schower erat vt[2] fertur impregnata per quemdam Willelmum Hewes et obstetrices inspexerunt eam an erat sic necne et inspecta[3] duxerunt eam non esse impregnatam . Prefata tamen Johanna dicebat obstetricibus se esse carnaliter cognitam a prefato Willelmo [et esse im]pregnatam sed recepit poculum abortiuum quominus pareret , et habuit duos proles antea pro quo quidam crimine minime ad huc erat punita .

BRYTWELL.[4] Dominus Johannes Bothe rector.
Iconomi Nicholaus Fyscher
Johannes Whyght
} Omnia bene.

Decanatus de Hendeley[5]

HENLEY. Magister doctor Stokesleye rector.[6]
Dominus Johannes Dyar curatus.
Johannes Garnard stipendarius.
Dominus Jacobus Michilguyett.[7]
Dominus Johannes Pett stipendarius.[8]
Dominus Edmundus Shawe stipendarius

Iconomi[9] Henricus Lewen
Johannes Fowle

Chorus egit[10] reparacione in plumbo . Alicia Cristmas habet suspectum accessum ad cameram domini Johannis Dyar curati, quo vocato fatebatur prefatam Aliciam habuisse accessum diuersis temporibus

[1] *Nota* mark in margin. [2] *dicunt* cancelled. [3] *Sic.*
[4] Britwell Salome. [5] 22 entries, three parochial chapels. No omissions.
[6] Stokesley, who was consecrated bishop of London 27 Nov., 1530, was succeeded at Henley by Richard Baldewyn. He was principal of Magdalen Hall 1502–1505, where he was succeeded by the future bishop Longland. He was inst. vicar of Willoughby, co. Warw., 1 Feb., 1505–6, but res. by 28 Feb., 1521–2 (Dugdale, *Ant. Warw.*, ed. Thomas, I, 280), shortly after he had obtained the archdeaconry of Dorset, which with the rectory of Ivychurch, Kent, and apparently with the archdeaconry of Surrey, he was still holding in 1530. He was also rector of Slimbridge, Glouces. He died 8 Sept., 1539.
[7] Mekilthwayte 1526. [8] Payte 1526.
[9] *Nota* mark in margin. [10] *Sic :* for *eget.*

Iconomi[3] Henricus Lewen
Johannes Fowle

ad cameram suam et constituisse eam ad colligendum decimas parrochie ad vsum rectoris et locasse domum . . . . . vocasse purum[1] quemdam cum eadem filium spiritualem . Judex interrogauit eum aut[2] mulier habet maritum superstitem et ille dicebat quod sic et eum in hac parrochia fuisse tempore Natiuitatis vltimo viuendo [et] tunc vendidit bona sua et vxoris sue predicte et fugiebat , citra quod tempus eum non videbat . Judex precipiebat ei quod imposterum non vtaretur[4] consorcio dicte Alicie nec pateretur ipsam accedere ad cameram suam amplius sed ipsam deuitaret sicut . . . . sub pena excommunicacionis / Agnes Greneley erat impregnata per quemdam . . . . [et banna] erant edita / et vi[r] . . . . dicit quod predicta mulier . . . . . [Jud]ex precepit quatinus ieiunaret . . . . duobus dominicis . . . . . [p]ane et aqua . . . . . ipsam Agnetem deliberauit.

fo. 140*d.*

HARPYSDEN. Magister Charlett rector . Residet in altero beneficio.[5]
Dominus Johannes Gybson.
Iconomi Henricus Turue
Johannes Symon } Omnia bene.

SCHIPLAKE. Abbas et conuentus de Messeden[6] proprietarij.
Dominus Robertus Semer vicarius.[7]
Thomas Frewen
Johannes Clyment } Omnia bene.

[1] *Sic :* for *puerum.* [2] *Sic :* for *an.*
[3] *Nota* mark in margin. [4] *Sic :* for *uteretur.*
[5] Gregory Charlett, wrongly called George in 1535, was a canon of St. Mary's in the Castle (not of the Newarke college), Leicester. See Thompson, *Hist. Newarke Hosp. & College,* 221, 240.
[6] Missenden.
[7] Semar 1535. His predecessor, Richard Rose, was dead in 1526.

CAVERSHAM. Abbas et conuentus de Nottley proprietarij.
Dominus Ricardus Parker curatus.
Dominus Ricardus Wells capellanus.[1]
Iconomi Willelmus More, Robertus Louevye } Omnia bene.

MAPLEDURHAM. Dominus Thomas Peche rector.[2]
Iconomi Willelmus Taylway, Willelmus Curtes } Omnia bene.

WHYTTCHURCHE. Dominus Johannes Olyuer alias Smythe rector.[3]
Dominus Thomas Dauy curatus.
Iconomi Johannes Knyght, Thomas Boxe } Omnia bene.

CHEKENDON. Magister Thomas Justice rector.[4]
Dominus Thomas Tutball curatus.
Iconomi[5] Johannes Laveld, Willelmus Buttler } Fines cimeterij rumpuntur. Acceperunt terminum ad emendandum citra festum Omnium Sanctorum.

ROTHERFELD GRAY. Dominus Radulpus Medleye rector.[6]
Dominus Johannes Thorne curatus.[7]
Iconomi Edwardus Schowisman, Thomas Grene } Omnia bene.

ROTHERFELD PYPARD. Dominus Johannes Gryffithe rector.[8]
Dominus Jacobus Johnson curatus.[9]
[Iconomi][10] Johannes Browne, Ed. Curtes } Nauis ecclesie rumpitur in fenestris vitrijs. Judex monuit eos ad reficiendum citra festum Omnium Sanctorum.

fo. 141.

NUFFELD. Dominus Simon Ascheley rector.[11]
Dominus Willelmus Best curatus.[12]
Iconomus absens Thomas Spyre.

[1] Willys 1526. [2] Peth 1526, Pethe 1535.
[3] William Wrighte was rector in 1526. John Olyver is called LL.B. in 1535.
[4] Robert Lichefelde was rector in 1526. [5] *Nota* mark in margin.
[6] Also rector of Ibstone. As there, he is also called Richard here in 1535.
[7] Thornes 1526. [8] The rector in 1535 was Roger Ponsonby.
[9] Called *pensionarius* in 1526. [10] *Nota* mark in margin.
[11] Asteley 1526. Also rector of Mongewell. [12] Named in 1526.

GORYNG. Priorissa et conuentus de Goryng proprietarij.
Dominus Thomas Whyght curatus.
Dominus Radulphus Raye stipendarius.[1]
Iconomi Thomas Permaye } Omnia bene.
Johannes Potter

SOWTHESTOKE. Abbas et conuentus de Eynesham proprietarij.
Dominus Nicholaus Ascheley vicarius.[2]
Magister Willelmus Balisford curatus.[3]
Iconomi Willelmus Wales } Omnia bene.
Willelmus Taylor

MONGWELL. Dominus Simon Ascheley rector.[4]
[Iconomus] Ricardus Clerke / Omnia bene.

CROWMERSHE. Magister Willelmus Lancaster rector.
Magister Thomas Thomson curatus.[5]
Iconomi Thomas Schedman } Omnia bene.
Henricus Eyere

SONDECOMBE.[6] Dominus Ricardus Moke rector.[7]
Iconomi absens Robertus Newmer }
absens Thomas Basmore

BIX BRAN.[8] Magister Johannes Holyfaxe rector.[9]
Dominus Bennett Ball curatus.
Iconomi Willelmus Lucye } Omnia bene.
Thomas Hulse

BIX GEBEN.[10] Magister Johannes Holifaxe rector.

fo. 141*d*.

NETTELBEDD. Abbas et conuentus de Dorchester proprietarij,
Dominus Rolandus Ebson curatus.
[Iconomi[11]] Ricardus Buttler } Nauis ecclesie patitur defectum . Sunt circa reparacionem eiusdem.
Thomas A. Den[12]

[1] Named in 1526.
[2] Also vicar of Aston Rowant. In 1535 Richard Davys was vicar of South Stoke.
[3] Ballisforde 1526.
[4] Asteley 1526 and 1535. Also rector of Nuffield.
[5] Named in 1526.
[6] Swyncombe.
[7] In 1526 Moke was also curate of Bix.
[8] The churches of Bix Brand and Bix Gibwyn (the same family name as in Marsh Gibbon, in Buckingham deanery) were held by one rector.
[9] Halifax 1526. John Darman was rector in 1535.
[10] Bix Gibwyn.
[11] *Nota* mark in margin.
[12] I.e. Adeane.

PUSSELD.[1] Capella dependens a Nettelbed.
[Iconomi] Johannes Kebell } Omnia bene.
Thomas Chyld

NEWNAM.[2] Capella dependens a Northestoke.
Iconomus Robertus A Den[3] . m̃ c'p[4] Thomas Skynner et Johannes Costerd dicunt parrochianos non habuisse compotum per xvj annos ab hinc a gardiano moderno . Non habent curatum permanentem sed aliquando cura deseruitur per fratrem[5] pretextu cuius sunt non unquam coacti perquirere curatum cum desiderent sacramenta.

NORTHESTOKE. Magister collegij sancti Johannis Cantabrigie proprietarius.
Magister Thomas Bradshawe curatus non residet et est cum comite de Darbye.[6]
[Iconomi[7]] Willelmus Smythe
Thomas Belar } Cancellus patitur defectum in fenestris vitreis . Non habent chorum in cancello . Tam mansus vicarie quam rectorie sunt enormiter dilapidate.[8]

IPPYSDEN. Capella dependens a Northestoke.
Iconomi.[9] Robertus Alnott
Thomas Frewyn } Cancellus ecclesie enormiter dilapidatur culpa rectoris.

fo. 142. Loca religiosa.[10]

fo. 142*d*. Blank.

[1] Pishill. [2] Newnham Murren.
[3] Adeane as in Nettlebed, above.
[4] Doubtful : possibly *n̄ c'p*, i.e. *non comparet*. *Nota* mark in margin.
[5] I.e. a friar, as in 1526 when a Franciscan, Jacobus de Colonia, is named as chaplain.
[6] Bradshawe is called vicar in 1526 and 1535.
[7] *Nota* mark in margin. [8] *Sic :* for *dilapidati*.
[9] *Nota* mark in margin.
[10] Apparently a heading for a list that was never made.

Visitations of Monasteries by Bishops Atwater and Longland

I

ANKERWYKE PRIORY

A. fo. 42

Ankarwyk

VISITATIO EXERCITA IBIDEM IN ECCLESIA CONUENTUALI PER DOMINUM EPISCOPUM LINCOLNIENSEM PERSONALITER XXV^to[1] MAII ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO XIX^no.

xxv^to die Maii anno etc . die et loco predictis.

Domina Elesabeth Sibyll.

Domina Magdalena Downe[2]
Domina Alicia Leg' } tacite non expresse sunt professe.

Domina Alicia Hubbart stetit ibidem in habitu monachali ibidem[3] per quatuor annos et tunc in apostasiam recessit et cuidam[4] Sutton consanguineo magistri Ricardi Sutton senescalli de Syon[5] fuit nupta et cum eo in patria ipsius Sutton remanet in adulterio.

Domina Elisabeth Sootes.

Redditus ibidem extendunt prima facie ad xxxiiij li. xs. Inde resoluunt pro liberis redditibus v li. x s. / Et sic habent clare ad reparacionem et alia onera sustinenda v li. quadraginta marcas.[6]

Domina Margareta Apleton tacite tantum est professa.

Jocalia in ecclesia.

Habent ibidem[7] vestimenta sacerdotalia ad minus serica xiij.

Habent eciam vnicam capam de serico et auro.

j calicem de argento deauratam.

j par turribulorum.

j pixidem de argento pro sacramento.

[1] *Junii* cancelled.
[2] Magdalen Downes was prioress at the dissolution (*L. & P.H. VIII*, XIII (i), p. 576).
[3] *Sic :* repeated.
[4] Christian name left blank.
[5] See *L. & P.H. VIII*, III (ii), no. 2483, p. 1049, where Mr. Sutton of Sion is assessed at £100 for the loan made for the king's expedition into France in 1519. In the same list occur in juxtaposition Mag. Ric. Sutton of Sion, £100 and House of Sion £200.
[6] It is not clear how this sum (£31 13s. 4d.) is obtained.
[7] *vestimen* cancelled.

ij libros missales impressos.

j magnum par candelabrorum ante summum altare.

j[1] paruum par candelabrorum supra summum altare.

ij[2] vrciolos argenteos.

j pax bread de argento / vna parua campana argentea.

Catalla.

Habent vaccas duas / ij vitulos / boues senes iij / vnus[3] bouiculus/ j vacca . . . . .[4] / iiij equas pro aratro.

Vtensilia.

V[5] pluuialia / x paria linthiaminum / quatuor superpellectilia[6] / iij paria de le blankettes . ij le white testers.

Habent redditus annuales preter terras ipsarum dominicalium[7] in earundem manibus occupatas—xvj li. xv s. ij d.

Inde in libero redditu annuatim a dicta domo exeunte v li. xj s. ix d.

Eisdem die et loco idem reuerendus pater visitationem suam vsque ad festum Pasche proximum et quemlibet diem citra[8] et commisit interim administracionem in ipso monasterio priorisse et domine Magdalene Down coniunctim . Et monuit easdem quod deinceps Willelmus Robson non intromitteret cum aliquali administracione ipsius domus.

II

ASHRIDGE

1. A. fo. 136*d*
2. L. ff. 63, 87

1

Assherugge

VISITACIO EXERCITA IN DOMO CAPITULARI IBIDEM DIE JOUIS XXIJ^do^ DIE APRILIS ANNO DOMINI MILLESIMO CCCC^mo^ XVIIJ^mo^ PER REUERENDUM IN CHRISTO PATREM ET DOMINUM WILLELMUM ATWATER LINCOLNIENSEM EPISCOPUM ANNO SUE CONSECRACIONIS IIIJ^to^.

Fratres collegij non seruant silencium post completorium neque alijs temporibus et locis congruentibus . Pluries post completorium

[1] *parva candela* cancelled and *j* altered from *ij*.
[2] *cruettes viz. vrc* cancelled. [3] *bos ju* cancelled.
[4] A word here which seems to be *anne*.
[5] Altered from *vj*. [6] *Sic:* for *superpellicia*. [7] *Sic:* for *dominicales*.
[8] *Sic: continuavit* omitted. The following Easter fell on 8 April.

fratres dant se potationibus in aula et locis alijs eciam publicis . Dominus iniunxit rectori et correctori[1] quod ipsi faciant silentium obseruari et quod statim post completorium fratres ingrediantur dormitorium.

Fratres non sunt certiores de statu domus / Dominus iniunxit rectori quod ipse faceret computum officiariorum domus annuatim reddi et publicari coram quatuor de fratribus senioribus preter ipsos computantes.

Dominus iniunxit rectori quod ipse statim post istam visitacionem prouidebit de instructore pro nouicijs[2] in sciencijs primitiuis instruendis.

Dominus iniunxit rectori quod ipse faceret iniunctiones domini Willelmi Smyth nuper episcopi Lincolniensis obseruari et in loco quodam publico in dormitorio affigi sic quod ab omnibus fratribus collegij possunt[3] inspici et perimpleri.

Dominus iniunxit rectori et correctori quod ipsi facerent fratres juniores domus illis temporibus[4] quibus non sunt occupati in ecclesia circa diuina dare se studio et lecture librorum seu alteri decenti occupationi / non ocio neque potationibus aut alijs ludis siue jocis indecentibus.

Iniunctum fuit rectori quod ipse deinceps suam diligenciam adhibebit pro iuribus collegij defendendis / tenementis / et tenentibus eiusdem collegij superuidendis et ordinandis ad maximum vsum collegij et proficuum eiusdem.

Quilibet nouicius primo termino solutionis stipendiorum sociorum collegij post professionem suam deberet habere ex antiqua consuetudine collegij / integrum stipendium pro dimidio anno videlicet xv s. Hoc tamen hijs diebus non seruatur / Dominus iniunxit rectori quod ipse hoc deinceps faceret emendari et antiquam consuetudinem perimpleri.

Rector et corrector[5] cum corrigant fratres suos vtuntur verbis acerbis et obprobriosis . Iniunctum est rectori et correctori quod hoc faciant ammodo emendari.

Petitur quod fiat iniunctio rectori[6] ne concedat feoda vel annuitates[7] neque recipiat extraneos anglice surgoners[8] sine consensu conuentus . Iniunctum fuit ita per dominum.

[1] *Corrector* apparently = *co-rector*, i.e. one of the brethren who acted as coadjutor to the head of the house. The use of the word *fratres* in connection with such houses as Ashridge and Edington is largely responsible for the idea that Bonhommes were friars. The employment of *collegium* as the regular term for the establishment indicates its true character.

[2] *nouicijs* was written twice and the first word cancelled.

[3] *Sic :* for *possint*.

[4] *quibuscum* cancelled.

[5] *non corrigunt* cancelled.

[6] *et correctori* cancelled. It would seem that the *corrector* was concerned only with the internal discipline of the house.

[7] *rec* cancelled.

[8] I.e. sojourners, *perhendinantes*.

Prouideat dominus rector de quibusdam seruientibus qui poterunt adiuuare et releuare fratres collegij in pulsationibus campanarum , fratres enim huiusmodi pulsacionibus nimium grauantur . Iniunctum fuit.

xxiij° die mensis Aprilis anno Domini predicto predictus reuerendus in Christo pater et dominus Willelmus Dei gracia Lincolniensis episcopus in domo capitulari predicta iudicialiter sedens visitacionem suam dissoluit.

2

Asheridge

VISITACIO EXERCITA IN DOMO CAPITULARI IBIDEM DIE MERTIS VIDELICET[1] DIE MENSIS MAIJ ANNO DOMINI MILESIMO QUINGENTESIMO XXX^mo^ PER MAGISTRUM JOHANNEM RAYNE IURIS VTRIUSQUE DOCTOREM REUERENDI IN CHRISTO PATRIS ET DOMINI DOMINI JOHANNIS DEI GRACIA LINCOLNIENSIS EPISCOPI VICARIUM IN SPIRITUALIBUS GENERALEM ET CETERA.

Exhibito certificatorio per rectorem comparuerunt omnes isti fratres subscripti nominatim preconisati videlicet[2]

Dominus Thomas Waterhowse rector[3]
Frater Thomas Hill corrector
Frater Nicholaus Edington
Frater Elias Bernard
Frater Michaell Draper
Frater Robertus Ewar
Frater Johannes Hatfelde
Frater Robertus Hychyn
Frater Ricardus Gardyner
Frater Willelmus Knyghton
Frater Ricardus Bedford
Frater Ricardus Cauar[4]
Frater Joseph Stepneth[5]
Frater Rogerus Byrcheley
Frater Willelmus Yonge
Frater Willelmus Dounham
Frater Willelmus Brooke.

Charitas minime habetur inter fratres.

Statuta et ordinaciones collegij violantur in commessessionibus[6] et potacionibus.

[Granator non] est vtilis collegio . Vxor magistri Reed firmarij . . . pernoctat in collegio et eciam[7] dictus magister Reed.

Numerus fratrum diminuitur.

[1] Probably 24 May. See Appendix I.

[2] In this list dots are placed against the names of the corrector and three following brethren. The name of Nicholas Edington may indicate that he came from the house of Bonhommes in Wiltshire.

[3] Waterhowse was still rector at the dissolution, when there were seventeen names on the pension list (*L. & P.H. VIII*, XIV (ii), no. 261, p. 97). Edington, Bernard and Ewar are not included, but all the rest are on the list, with three new names, Richard Sawnders, John Axstell and a novice, Edward Peacock.

[4] Evidently the Richard Cannon of the pension list. The name is written indistinctly in the MS. and may be 'Canan.'

[5] I.e. Stepney.

[6] *Sic :* for *commessacionibus.*

[7] *Maritus* cancelled.

Nota quod garciones apud parentes *nimis* frequenter sunt . Frater Robertus Ewar vtitur phesica[1] . *Dictus Robertus* est celerarius collegij et onerosus.[2]

[fo. 87] Draper . Dicit omnia bene.

Ewar[3] . Granator exeat[4] collegium[5] sine causa multociens . Idem granator permittit capones pascere circa collegium nisi de proprijs caponibus et cum fuerint pingues ad libitum ad vsum suum illos vendit ; et ambulat suspecte per sepes et vias.

Hatfeld[6] . Numerus fratrum diminuitur . Granator est invtilis collegio ; petatur de correctore[7] pro computo granatoris.

Dominus rector tenetur ex constitucionibus conciliare cum *quatuor* senioribus quoad vtilitatem domus . Nota pro reuocacione *concessionum*[8] factarum per rectorem quoad firmas.

. . . . . m[9] . Seniores non *habentur in reputacione.*[10]

Juniores non[11] non[12] curant de senioribus nec reuerenciam debitam eis facient neque dant eis locum iuxta laudabilem morem domus.

Hychyn[13] . Officium g[ra]narij est[14] onerosum c[ollegio] . . . . melius esset [locare] terram arabilem honesto firm[ario].

Gardyner[15] . Dicit rectorem esse vtilem collegio . [Hatfelde est inobediens] rectori et habet verba obprobriosa . . . . . in collegio sed sunt bone conuersac[ionis] . . . . . .

Hatefelde[16] vtitur phesica . R . . . . . disposito . . . . . uris.

Knyghton . Habet impedimentum quod non potest cantare[17] missas neq[ue] . . . . . voce.

Dominus rector nititur firmarios exire[18] qui habent indenturas . . . . . rectoris / Vxor cuiusdam Hugonis[19] de *villa* sancti Alban[i] . . . . . multociens venit ad collegium et ibidem pernoctat . Sunt alie [mulieres] viciniores qui[20] intrant domum multociens et sunt sic in pri[oratu] vsque ad noctem contra statuta domus in camera celerarij.

[1] I.e. practices the art of physic.
[2] Fo. 63*d* is blank. The depositions of the members of the house, evidently belonging to this visitation, are isolated on ff. 87, 88.
[3] Hand in margin against this entry.
[4] *Sic :* for *exit.*
[5] *suspiciose* cancelled.
[6] *Nota* mark in margin.
[7] *de* cancelled.
[8] Interlined above *constitucionum* cancelled.
[9] Probably *Dounham.*
[10] Interlined above *reputantur* cancelled.
[11] *reputant seniores* cancelled.
[12] *Sic* repeated.
[13] *Nota* mark in margin. *Gran* . . . . cancelled.
[14] *damp* cancelled.
[15] Two *nota* marks in margin.
[16] *Nota* mark in margin.
[17] A word cancelled.
[18] *Sic :* for *expedire.*
[19] Surname blank.
[20] *Sic :* for *que.*

[fo. 87*d*.]

Taberna[1] . Extra tempus refeccionum fratres non debent commedere neque bibere nisi cum egrotis , quod nunc dierum non obseruatur[2] *racione* taberne , *et alias* infra collegium multi extranei illic frequentant domum et fratres habent occasionem violandi *domini ordinacionem*[3] et consumendi pecunia[4] ; que taberna erat interdicta et inhibita per dominum.

Granarius[5] multum occupat se in campis et ambulando circa cepes tempore diuinorum invtiliter et *in* scandalum domus.

Dominus rector non sequitur concilia seniorum in eo[6] negocia domus.

Bedford[7] . Vxores cuiusdam Hugonis et cuiusdam Hill de villa sancti Albani rediunt[8] et pernoctant infra monasterium per duas noctes continuas infra breue.[9]

Cauar[10] . Hatefelde fuit inobediens et contendebat cum rectore.

Videantur iniuncciones domini Lincolniensis episcopi[11] . Granarius est invtilis monasterio et illud officium est dampnosum monasterio.

Phesica[12] vtuntur Thewar[13] et Hatfelde et sirurgica.

Stepneth . Charitas non obseruatur inter fratres . Hatfelde est multum impaciens et inobediens rectori.

. . . . . .[14] rediunt ad monasterium peregrinandi causa . Taberna fuit inhibita [per] dominum Lincolniensem episcopum et non tenebatur taberna tempore vltimi rectoris racione prohibicionis.

Hatefelde *multociens contendit*[15] contra rectorem . . . . . M . . . t phisicant infirmis.

Mulieres rediunt [ad] collegium et prandiunt in camera celerarij.

[Hat]feld aliquando absentat se a[16] matutinis.

. . . . . seruatur per Hatfelde.

Matutine debito modo n[on] incipiuntur in cantu et cantant multum festinanter indevote.

Post completorium quidam de fratribus violant regulam [non] intrando dormitorium videlicet Hichyn et Cauar set bibendo.

Quidam sunt inobedientes rectori a tempore eleccionis sue.

[1] Hand in margin. [2] *et* cancelled.
[3] *iniunccionem* cancelled. [4] *Sic.*
[5] *Nota* mark in margin : *exeat multoci* cancelled.
[6] *quod concernit* seems to be omitted. [7] *Nota* mark in margin.
[8] *Sic.* [9] *tempus* omitted. [10] *Nota* mark in margin.
[11] Presumably of Bishop Smyth : see p. 72. *Nota* mark in margin.
[12] *vtitur* cancelled. [13] *Sic : Ewar* must be meant.
[14] *Mulieres* or *extranei* are probably the missing words.
[15] Interlined above *est multum contendens* cancelled.
[16] *matutin* cancelled.

Nouicij non vtuntur birretis et[1] ob quam causam nesciuntur.[2]

Hichin[3] exijt *chorum* monasterij tempore exequiarum *et frequentat villas vicinas* : indebitatur diuersis personis.

Hatefelde et Bedford adinuicem pugnabant cum pincerna . Bedford pugnabat cum Hichyn . Thewar diffamauit Willelmum Becke[4] dicendo he had a crown of his.

[fo. 88.]

Quidam tenentur interesse misse beate Marie Virginis officiando et non intersunt pluries.[5]

Nouicie[6] non vtuntur birretis ob quam causam nescitur.

Ricardus Cauar consueuit exire domum in patriam[7] ad Dunstaple vel alibi et ambulat in via dimisso habitu indutus solummodo diploide et caligis.

Facta inquisicione vt patet dominus iniunxit domino rectori et omnibus fratribus eius in virtute obediencie quod sint decetero vnanimes et concordes ac caritatiue inuicem se gerentes quatenus in conspectu omnipotentis Dei puro corde et mundo corpore valent ministrare.

Item iniunxit omnibus fratribus sub pena contemptus vt abstineant se a commessionibus[8] et potacionibus et precipue post completorium sine racionabili causa et tunc de licencia expressa domini rectoris seu correctoris iuxta ordinaciones collegij , et quod contra facientes jeiunarent in pane et aqua die sequenti tociens quociens , quam penam diligenter imponere iniungimus domino correctore[9] sub pena contemptus.

Item quod omnes et singuli fratres abstineant se a consorcio mulierum suspectarum tam infra collegium quam extra sub pena juris et ordinacionum dicti collegij.

Item iniungimus domino rectori et correctori necnon omnibus fratribus quod non permittant mulierem seu mulieres intrare collegium iuxta ordinaciones dicti collegij , et si ex aliqua justa causa alique intrauerint vt causa pere[grin]acionis n[on] intrent cameram ali[c]uius fratris set [bi]bant si oporteat in au[l]a domini recto[ris seu] in alio loco non so[le .] sub pen[a] su[sp]ensionis.

Item iniunxit domino rectori et correc[to]ri vt pro infirmis . . . . . sine murmuracione prouidean[t]ur a ministr[is].

[1] *nesc* cancelled.
[2] *Sic :* for *nescitur.*
[3] *non exeat* cancelled.
[4] Called Brooke in the list of members.
[5] Written *plruies.*
[6] *Sic :* for *Nouicii.*
[7] *et* cancelled.
[8] *Sic.*
[9] *Sic :* for *correctori.* Here and again below the injunctions are quoted in *oratio recta.*

Item iniunxit domino rectori quod bis in ann[o] compot[um] . . . . . reddat coram quatuor de senioribus qu[o]rum eciam con . . . . . .[1] collegij.

Item iniunxit quod officiarij dis[cre]cionem o[b]seruen[t] et fidelitate[m] in admin[istracione officiorum suorum] et precipue quod granator et celerarius [in] officijs su[is] sint fideles d . . . . . .[2] computum reddentes sub pena juris.

Item iniunxit quod nullus eorum exeat collegium sine causa [racionabili .] et quod juniores non exeant sine consocio.

Item iniunxit quod nullus fratrum exerceat phesicam sub pena exc[ommunicacionis].

Quibus iniunccionibus sic factis dominus visitacionem suam ibidem dissoluit.

III

BARDNEY ABBEY

1. A fo. 51
2. L. fo. 5.

Bardenay monasterium

VISITACIO EXERCITA IBIDEM IN DOMO CAPITULARI DIE SABBATI NONO DIE JULII ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO XIX^no^ PER DOMINUM WILLELMUM ATWATER EPISCOPUM LINCOLNIENSEM PERSONALITER.[3]

Prouideatur ne aliqui ex monachis monasterii custodiant aliquos canes venaticos infra loca claustralia monasterii / ne deturpetur per huiusmodi canes / ecclesia / claustrum / refectorarium / domus capitularis / Dominus firmiter iniunxit omnibus monachis illius monasterii quod amodo nullus ipsorum aliquos canes venaticos / aut nidos seu aves alias consimiles custodiet habebit aut seruabit in locis claustralibus monasterii seu in aliquibas aliis locis vllo modo.

Barbitonsor monachorum contra antiquum morem monasterii radit personas seculares in illa domo in qua radet[4] monachos et plerumque anteponit seculares huiusmodi in nocumentum confratrum monasterii . Dominus firmiter iniunxit quod amodo nullo pacto[5] barbitonsor monachorum radet aliquas personas pseculares[6] in illa domo in qua sunt monachi monasterii radendi / neque quod ipse barbitonsor aliquas personas seculares anteponit[7] monachos[8]

[1] *consilio utatur circa negocia* is what is wanted.
[2] *dispensatores bonorum plenum* supply the missing words.
[3] *ei*, the beginning of a word, written here and left uncancelled.
[4] *Sic :* for *radit.*
[5] *bartiso* cancelled.
[6] *Sic.*
[7] *Sic :* for *anteponat.*
[8] *Sic :* for *monachis.*

monasterii in huiusmodi rasuris / sed quod diligenciam debitam in rasura monachorum faciet.

Missa de beata virgine Marie[1] non cantatur tanto numero monachorum vt deberet . nam pro maiori parte non sunt presentes vltra duo aut tres monachi et tamen omnes deberent interesse scientes cantaure[2] / Eciam libri de missa beate virginis sunt lacerate fracte et obfuscate / incuria cantoris ad cuius officium spectat huiusmodi librorum reparacio et ligatura / Dominus iniunxit quod omnes monachi monasterii nedum scientes cantare sed eciam alii[3] quicumque intererunt in missa beate virginis / singulis diebus / exceptis tantummodo officiariis ad extra./

Fratres Robertus Bardenay et Ricardus Bardenay non surgunt ad matutinas . Non seruant se in locis claustralibus / sed plerumque illicenciati egrediuntur monasterium in villam de Bardenay , et eciam alias ceremonias et obseruancias sue religionis omittunt / et negligenter ac indeuote agunt /

Dominus iniunxit omnibus monachis monasterii quod deinceps ipsi omnes abstinebunt a familiaritate secularium et quod seruabunt se in locis claustralibus non egrediendo vllo pacto huiusmodi loca sine licencia, et quod non admittantur aliquas[4] mulieres ad loca claustralia vllo pacto / sed cum omni diligencia diuinis insistent.

Prouideatur ne deinceps concedantur aliqua corrodia absque maturo tractatu et evidenti vtilitate monasterii / et presertim eatenus quousque corrodia moderna extinguantur . Dominus strictius quo potuit iniunxit domino abbati quod ipse deinceps nullo modo concedat alicui aliqua corrodia et sic eciam omnibus monachis ibidem iniunxit.

Et deinde factis premissis iniunctionibus dominus ipsos in caritate cum Dei et sua benedictione dimisit et visitacionem suam ibidem dissoluit.

2

Bardeney

VISITACIO EXERCITA IN DOMO CAPITULARI IBIDEM DIE VENERIS XIJ^{mo} DIE MAIJ ANNO DOMINI MILLESIMO CCCCC^{mo} XXV^{to} PER MAGISTRUM JOHANNEM REYNE CANCELLARIUM DOMINI JOHANNIS EPISCOPI LINCOLNIENSIS.

Exhibito certificatorio in scriptis per abbatem et illo perlecto comparuerunt ibidem hij subscripti / Magister Bollam doctor theologie verbum Dei proposuit sub hoc themate Ecce nos relinquimus omnia et sequti sumus te[5] /

[1] *Sic.* [2] *Sic.* [3] *quibus* cancelled.
[4] *Sic* : for *alique.* [5] Matth. XIX, 27 : read *reliquimus.*

Dominus Willelmus Merton abbas[1]
Dominus Robertus Benytt prior
Frater Willelmus Sotherey *infirmus*
Frater Thomas Eley *infirmus*
Frater Robertus Bardeney
Frater Robertus Cambrige subprior
Frater Johannes Parteney *infirmus*
Frater Ricardus Frisby tercius prior
Frater Johannes Pomfret celerarius
Frater Petrus Barton sacrista
Frater Christoferus Kyrton subcelerarius
Frater Thomas Mawry refectorarius
Frater Otho Botulphe
Frater Robertus Aydayn
Frater Johannes Awsten
Frater Johannes Jerome
Frater Willelmus Gregory
Frater Johannes Ambrose.

Silencium non seruatur.

Dominus iniunxit omnibus monachis quod deinceps silencium obseruant.[2]

Et deinde dominus visitacionem suam huiusmodi dissoluit.[3]

IV

BICESTER PRIORY

1. A. fo. 118*d*.
2. L. fo. 147.

1

Burcestre

VISITACIO EXERCITA IBIDEM PER DOMINUM WILLELMUM ATWATER EPISCOPUM LINCOLNIENSEM PERSONALITER IN DOMO CAPITULARI XXV DIE APRILIS ANNO 1520.

Exhibito primitus per priorem certificatorio et illo de mandato

[1] A dot is placed before the names of those present at the visitation, with the exception of the abbot, the sub-cellarer, the four monks at the end of the list, and the three *infirmi*. The abbot was William Marton, the last abbot of the house. Of the others nine have surnames derived from places, of which five are local or not far distant fron Bardney. The habit, common at this period, of adopting, the names of saints at the time of profession is illustrated by the last seven names of which Mawry is probably Maur, Botolph and Aidan are names of English saints, while the remaining four are those of the Latin Fathers. On the pension list in 1539 appear the names of the abbot (W. Marten), Pomfret, Cambridge, Barton, Frisby (Furresbye), Kyrton, T. 'Mower' and 'Ottom Buttall'. Benytt, Sotherey, Eley, Pardeney and Parteney have disappeared. Of the seven remaining names on the pension list, none can be identified certainly with any of the five remaining here. [2] *Sic :* for *obseruent.* [3] Fo. 5*d* is blank.

domini publice perlecto ex scriptis / dominus episcopus quamdam exhortationem saluberimam priori et canonicis fecit in vulgari /

Habent ecclesias de Missenden parua . Burcester } Stretton Awdeley. Ardington Sarisbiriensis diocesis.[1]

Fratres raro sedent in refectorio tempore estiuali / hiemali tempore ibidem *non* sedent et cum sint in refectorio vescuntur ibidem continue carnibus / nisi diebus jeiunis / nec habent ibidem omnino lecturas sacre scripture / Dominus iniunxit quod deinceps fratres sederent in refectorio cum silencio et aliquali abstinencia ab esu carnium.

Dominus Willelmus Dodwell inseruit cure apud Stretton Awdeley et dominus Willelmus Billington canonici ibidem inseruit cure apud Burcester / et remanent in claustro dumtaxat vij canonici . Dominus iniunxit quod deinceps illi canonici non inseruient cure sed deseruient in monasterio quousque dominus prior exhibuerit[2] graciam cuius pretextu potest fratres suos emittere ad curas.

Johannes Coventre prior
Dominus Galfridus Sath subprior
Dominus Willelmus Doddewell
Frater Willelmus Billington
Frater Johannes Glocester
Frater Johannes Myddilton
Frater Thomas Bissetur
Frater Radulphus Hathorne
Frater Robertus Bighulnell

Non est ibidem aliquis instructor nouiciorum in regula nec in sciencia primitiua . Dominus iniunxit quod esset ibidem aliquis instructor et ad hoc deputauit dominum Johannem Midleton.

Fratres monasterij presertim juniores non bene nouerunt instituta regule sancti Augustini neque substancialia religionis nec ceremonias eiusdem . Dominus iniunxit quod ipsi redderentur doctiores per instructorem.

Fratres juniores non bene sapiunt in sciencijs primitiuis vt pute[3] gramatica et lectura / Dominus iniunxit quod haberent instructorem qui eos doceret et doc[tos] efficeret.

Redditus illius monasterij extendunt secundum libros computi de annis preteritis ad cc . . .[4]

Et deinde dominus factis premissis iniunctionibus et aliquibus alijs exhortacionibus saluberimis visitacionem suam ibidem[5] dissoluit /

[1] Ardington, Berks., in the deanery of Abingdon.
[2] *a* cancelled.
[3] *Sic* : for *puta*.
[4] Supply *libras* or *marcas*.
[5] *dimisit* cancelled.

2

Byssettour prioratus[1]

VISITACIO DOMUS SIUE PRIORATUS DE BYSSETOUR XXIIJ° DIE MENSIS SEPTEMBRIS ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO XXX^mo PER MAGISTRUM DOCTOREM R[AYNE] VICARIUM IN SPIRITUALIBUS GENERALEM.

Dominus Willelmus Browne prior[2] dicit quod claustrum et nauis ecclesie et cetere domus monasterij grauem paciuntur ruinam precipue in coopertura . Consuerunt habere decem confratres in numero et iam habent tantum octo preter priorem quorum duo sunt [nouicij].

Ne concedatur corrodium ad terminum alicuius vite.

Dominus Johannes Myddilton subprior[3] dicit quod firma de . . . . . maximam patitur ruinam quasi ad terram in defectu magistri Meryng[4] firmarij eiusdem , qui per indenturam tenetur sufficienter reparare [eam .] Et quod dominus Bignell[5] canonicus consilium dedit[6] Johanni Wheler nouicio *quod* resederet[7] a monasterio et habitu et predictus nouicius recessit ab habitu.

Numerus canonicorum diminuitur per mortem sudoris[8] et iam tantum sunt nouem cum priore quorum duo sunt nouicij.

[fo. 147*d*.]

Dominus Radulphus Latham[9] dicit quod omnia infra monasterium ordinantur[10] preterquam numerus diminuitur ut supra.

Dominus Johannes Chester[11] dicit quod omnia bene.

Dominus Robertus Cauersfeld[12] dicit quod omnes sunt obedientes et corrigibiles . Paucas aut nullas habent oues quia moriuntur et prior intendit emere ad posse.

Dominus Jacobus Burscoowe[13] dicit quod non habent perfectum numerum canonicorum . Vna pars claustri non edificatur.

Johannes Wheler nouicius dicit quod dominus Bignell canonicus

[1] *Jesus* written at head of leaf.
[2] Prior in 1535 (*VE* ii, 190) and at the dissolution (*L. & P.H. VIII*, XIII (i), p. 576.
[3] Subprior in the 1535 list, *ut sup.*
[4] *Meringe* in later hand in margin.
[5] *Sic.* Bignell appeared as Bighulnell in the list at Atwater's visitation.
[6] *quod recederet* cancelled.
[7] *Sic.*
[8] The sweating sickness. Of the eight canons, apart from the prior, in 1520 only two appear to have survived ten years later.
[9] In 1535 list.
[10] I.e. are in good order.
[11] In 1535 list.
[12] Cav[erfeld] in 1535 list.
[13] Both this canon and Ralph Latham bear names from the same district of Lancashire. They may have been canons of the priory at Burscough sent to supply deficiencies at Bicester ; but there seems to have been no special connection between the two monasteries which would account for this. In the 1535 list as printed Burscoowe, however, appears as Brystowe.

ipsi[1] consilium dedit quod recederet ab habitu et sic ipsius consilio recessit et iam iterum ad monasterium redijt.

Johannes Westbury nouicius dicit quod omnia bene.

[fo. 148.]

Dominus Robertus Bignell[2] canonicus sacerdos dicit quod non dedit consilium nouicio vt supra quod recederet.[3]

V

BOURNE ABBEY

1. A. fo. 47
2. L. fo. 10.

1

Brune Monasterium

VISITATIO EXERCITA IN DOMO CAPITULARI IBIDEM PER DOMINUM WILLELMUM ATWATER EPISCOPUM LINCOLNIENSEM PERSONALITER IN DOMO CAPITULARI IBIDEM DIE LUNE XXVIJ^{mo} DIE JUNII ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO XIX^{no} ANNO CONSECRACIONIS IPSIUS DOMINI EPISCOPI QUINTO.

Fratres non commedunt in refectorio sed omnes canonici sedent in camera domini abbatis ad mensam diebus singulis / Dominus iniunxit domino abbati quod ipse prouidebit quamcito poterit quod aliqui ex canonicis poterunt aliquibus diebus commedere in refectorio.

Solebant ex consuetudine monasterii seniores exequi in missis et aliis diuinis singulis diebus dominicis et tunc per totam septimanam juniores exequerentur in huiusmodi diunis / Et iam dominus abbas modernus facit seniores et juniores[4] exequi cursorie et seriatim[5] / Dominus episcopus cum huiusmodi reformacione abbatis bene contentabatur et voluit quod deinceps idem obseruabitur.

Dominus abbas non prouidit pro fratribus infirmis aliter quam pro conualescentibus . Petitur igitur vt vltra consuetam porcionem prouideatur pro eisdem iuxta regulam sancti Augustini . Dominus iniunxit abbati quod deinceps omnia necessaria preparabuntur pro infirmis et honeste domus preparabuntur pro eisdem.

Dominus abbas non reddit computum anuatim. Dominus iniunxit sibi quod ipse deinceps annuatim reddet computum administrationis sue coram senioribus fratribus suis /

[1] Interlined above *ipsum consului* cancelled. [2] In 1535 list.

[3] Fo. 148*d* is blank. Five names occur at the end of the 1535 list which are not here : none of them, however, are those of the two novices named at this visitation.

[4] *equ* cancelled.

[5] By course and in order, thus dividing the duty of officiating in choir among the canons equally.

Juniores canonici non sunt obedientes suis senioribus vt deberent nec prestant eisdem reuerencias et honores . Inclinationes in ecclesia temporibus diuinorum et alie ceremonie non debite obseruantur . Dominus stricte iniunxit omnibus canioncis quod ipsorum singuli iuxta regulam sancti Augustini obediens erit[1] senioribus suis et eisdem reuerencias et honores debitos prestabit.[2]

Et sic istis iniunctionis[3] sic datis dominus omnes illius domus canonicos in charitate et quiete reperiens eosdem sic dimisit et visitacionem suam ibidem dissoluit cum sua benedictione/

2

Burne monasterium

VISITACIO EXERCITA IBIDEM IN DOMO CAPITULARI DIE VENERIS XIX^no^ DIE MENSIS MAIJ ANNO DOMINI 1525to PER MAGISTRUM JOHANNEM REYNE CANCELLARIUM DOMINI JOHANNIS EPISCOPI LINCOLNIENSIS.

Exhibito primitus certificatorio per abbatem in scriptis sub sigillo communi ipsius domus comparuerunt hij omnes sequentes videlicet :

Dominus Johannes Small abbas[4]
Dominus Thomas[5] Barne prior
Dominus Robertus Hakesey subprior
Dominus Henricus Alton[6]
Dominus Johannes Todd capellanus
Dominus Thomas Pounfrett cantor
Dominus Jacobus Aslakeby sacrista
Dominus Edwardus Bedford
Dominus Robertus Baston
Dominus Willelmus Morton
Dominus Robertus Hibaldestow

Abbas . Laici aliquando ingrediuntur dormitorium vt puta scissores et sutores et alij cum indumentis canonicorum[7] /

Domini Henricus Alton et Johannes Todd pernoctant in hostillaria et non in dormitorio et ibidem ipsi cum alijs bibunt iocundantur et confabulantur mane et sero/

[1] *Sic :* for *erunt.* [2] *Sic :* for *prestabunt.*
[3] *Sic :* for *iniunccionibus.*
[4] All names dotted except the last three. Surnames from the neighbourhood are Aslakeby, Baston and Morton. Hakesey (Haxey) and Hibaldestow is from north Lincolnshire. Small was abbot at the dissolution of the monastery (*L. & P.H. VIII,* XIII (i), p. 575).
[5] *prior* cancelled. [6] Called Halton below.
[7] I.e. bringing with them things for the canons' wear.

Dominus Robertus Baston est[1] disobediens et verbosus contra abbatem et profert sibi verba contumeliosa . Huiusmodi eciam condicionis est dominus Thomas Pounfrett/

Silencium non seruatur . Canonici discendunt a dormitorio statim postquam illud ingressi sunt ad bibendum et jocandum./

Prior . Abbas nunquam reddidit compotum ex quo fuit abbas.

Redditus aliqui pertinentes monasterio amittuntur negligencia abbatis . Laici intrant dormitorium vt supra . Canonici non sedent in dormitorio[2] nisi in tempore quadragesimali.

Halton . Petit quod[3] assignetur sibi camera quedam vbi potest commode iacere et habere ignem in senectute sua.

Todd . Abbas est ita remissus in defendendo iura monasterij adeo quod quandoque amittuntur redditus et iura monasterij illius negligencia/

Pomfrett . Abbas nunquam reddidit compotum ex quo fuit primus[4] abbas saltem de noticia huius[5] . Numerus canonicorum est aliqualiter diminutus / Fratres non sedent in refectoris.

[fo. 10*d*.]

Aslakeby . Aliquando vt pute[6] semel in septimana omnes canonici ex licencia discendunt a dormitorio et insimul bibunt.

Haxhey . Canonici non surgunt ad matutinas tempore nocturno / Canonici discedunt[7] a dormitorio post completorium et bibunt ac eciam in pomerium ambulant , nec cito redeunt sed aliquamdiu diu[8] absunt a dormitorio antequam reuertuntur/

Halton et Todd non intendunt officijs diuinis et cum sint in ecclesia[9] deambulant in naui ecclesie . Non psallunt neque legunt nec iacent in dormitorio eciam temporibus convalescentie sue / Prior pluries abest a matutinis eo quod nimis sero post completorium bibit/

Halton / Todd / et Pomfrett non sunt obedientes presidentibus religionis ibidem . Canonici non habent iantacula.[10]

Bedd'[11] . Non est bene prouisum pro infirmis . Canonici ignarunt[12] compotum domini Henrici Halton / Canonici post completorium discedunt[13] et bibunt aliquando per horam aliquando plus aliquando minus.

Baston . Dominus abbas non est diligens in defendendo iura monasterij sed est ita remissus quod aliquando iura illius monasterij amittuntur.

[1] *Abbas* cancelled.
[2] *Sic :* for *refectorio*.
[3] *ipse* cancelled.
[4] *Sic :* presumably for *primo*.
[5] Sc. *deponentis*.
[6] *Sic :* for *puta*.
[7] *Sic :* for *descendunt*.
[8] *Sic*.
[9] *p* left uncancelled.
[10] I.e. allowances of food in the course of the morning.
[11] I.e. Bedford.
[12] *Sic :* for *ignorant*.
[13] See note 7 above.

Morton . Non est bene prouisum pro infirmis / Non est instructor aliquis pro nouicijs.

Hibaldstowe . Non est prouisum bene pro infirmis / Petitur vt augeatur numus[1] canonicorum.

INIUNCTIONES.

Dominus iniunxit omnibus canonicis quod non permittant aliquem seclarem intrare in dormitorium nisi communem seruientem eiusdem conuentus.

Dominus iniunxit Todd et Halton quod abstineant a potacionibus etc . et quod pernoctarent in cameras[2] assignatas per abbatem et quod temporibus quibus convalescunt et commode poterunt[3] pernoctent in dormitorium.

[fo. 11.]

Dominus iniunxit canonicis quod silencium seruabunt et quod non discedat[4] eorum aliquis a dormitorio post completorium nisi fortassis raro et tunc de licencia et quod omnes *convalescentes* surgent ad matutinas.

Item iniunxit Halton et Todd quod ipsi temporibus diuinorum sedeant in choro dicendo seruicia diuina / ita quod non perambulent in naui ecclesie.

Item quod canonici tempore lez Synys[5] exeant et deambulent in campos et quod simul exeant et simul reuertantur ante tempus vesperarum.

Item iniunxit abbati quod ipse ita prouidebit pro infirmis quod ipsi omnes poterunt[6] habere esculenta salubria et custodes conuenientes/

Item iniunxit abbati quod ipse citra festum Purificacionis beate Marie proximum compotum reddet administracionis sue pro hoc anno et quolibet anno sequente ita faciet/

Item quod ipse *abbas* faciat diligenciam suam pro iuribus monasterij defendendis,

Item iniunxit abbati quod ipse augmentabit numerum canonicorum quamcito poterit / et quod prouidebit instructorem pro gramatica docenda canonicis iuuenibus.

Quibus iniunctionibus sic factis dominus visitacionem suam dissoluit et ipsos omnes in pace dimisit.

[1] *Sic :* for *numerus.* [2] *pernoctatas* cancelled.
[3] *poterunt* appears to be cancelled in error.
[4] *Sic.* The scribe, however, by this time seems to have settled upon *discedat* as the verb which he wanted.
[5] Seynies are the periods at which religious persons were bled for their health during the year, followed by a few days of convalescent relaxation. Seyny = Fr. *saignée,* Lat. *sanguinata.* See glossary in *Vis. of Religious Houses* (Lincoln Record Soc.) I, 237. [6] *heret* cancelled.

VI

BROKE PRIORY

A. fo. 141*d.*[1]

In Dei nomine amen . Nos Thomas Swayn in sacra theologia bacallarius reuerendi in Christo patris et domini domini Willelmi Dei gracia Lincolniensis commissarium[2] ad infrascripta legitime deputatum *omnes canonicos huius domus siue prioratus*[3] de Broke ad hos diem et locum visitacionem ordinariam dicti reuerendi patris subituros citatos et preconisatos et non comparentes eos per[4] contumaciam absentes reputamus et pronunciamus contumaces et[5] penam[6] suarum contumaciarum dicto reuerendo patri reseruamus.

Latum erat hoc decretum xvij Julij anno Domini 1518mo per magistrum Thomam Swayn et priore ibidem presente dictus magister Swayn continuauit huiusmodi visitacionem vsque ad et in crastinum diem iuridicum post festum sancti Johannis Baptiste proximum et quemlibet diem citra / Dominus prior tempore huiusmodi inchoate visitacionis exhibuit certificatorium commissionis pro huiusmodi visitacione sibi directe et titulum incumbencie sue saluis sibi priuilegijs suis et monasterio de Kenelwourth magistris Johanne Silvester et Johanne Pallesgraue testibus etc. E. W.

VII

BURNHAM ABBEY

1. A. fo. 42*d.*
2. L. fo. 131.
3. L. fo. 66.

1

Burneham

VISITACIO MONASTERII IBIDEM FACTA PER DOMINUM W. LINCOLNIENSEM EPISCOPUM PERSONALITER IN DOMO CAPITULARI XXVJto DIE MAII ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO[7] XIX .

Habent ecclesias[8] de Burneham et ecclesiam de Dorney / et capellam de Cippenham.[9]

[1] This note of the visitation of a small priory in Rutland dependent on the abbey of Austin canons at Kenilworth in Warwickshire, was written the wrong way up on the back of the leaf. At the end is the notarial signature of Edward Watson.

[2] *Sic : episcopi* omitted and *commissarium deputatum* in wrong case.

[3] Interlined above *te dominos Willelmum Vnwin* and *Vnwyn priorem* cancelled.

[4] *abs* cancelled. [5] *in* cancelled. [6] *suad* cancelled.

[7] *xv* cancelled. [8] *Sic :* for *ecclesiam.*

[9] Cippenham in the parish of Burnham, called Chipynghame in *VE IV*, 221. The manor was granted to Burnham in Richard, earl of Cornwall's, charter of foundation, 18 April 1266 (*Monasticon* VI (i), 546). For the chapel see *VCH Bucks.* III, 183 *: ibid.* I, 287, it is stated to be in the parish of Weston Turville, which is an obvious, but inexplicable error.

Prouideatur ne fiat accessus secularium siue communis pertransitus in chorum monialium / et quod infantes siue parui[1] non pernoctent in[2] dormitorio monalium . Et quod cum aduenerint monasterium mercatores anglice pedlers ne permittantur facere opellas[3] neque mercimonia sua infra claustrum.

Prouideatur ne moniales vtantur zonis aut precticis[4] argenteis aut deauratis / neque annulis argenteis nisi illis dumtaxat annulis in quibus sunt professe.

Subtrahitur pensio annualis x li. a monialibus . Petunt quod poterunt restitui eisdem ipsarum pensiones annue.

Domina Johanna Twyford[5] precentrix que factura est prouisiones pro vestimentis et calciamentis monialium non est indifferens apud omnes sorores / neque parata dare eis vestimenta cum indiguerint / sed seipsam melioribus alias vero sorores peioribus induit vestimentis / Et plerumque cum sorores sua petant ab ipsa vestimenta calciamenta / seu alia necessaria / ipsa refutat eis huiusmodi dare / et easdem aliquando increpat et reprobat atque redarguit pro excessu et vastu etc./

2

Burneham

VISITACIO EXERCITA IN DOMO CAPITULARI IBIDEM DIE LUNE IIIJ DIE NOUEMBRIS ANNO DOMINI MILLESIMO CCCCC^{mo} XXJ^{mo} PER DOMINUM JOHANNEM EPISCOPUM LINCOLNIENSEM PERSONALITER.

Facto primitus certificatorio per dominam abbatissam, inscriptis ac omnibus monialibus subscriptis nominatim preconisatis et comparentibus dictus reuerendus pater verbum Dei tunc eisdem voce materna exposuit sequens hoc thema[6] . Deinde abbatissa exhibuit titulum incumbencie sue atque bullam quamdam . . . . p[ape][7] Vrbani super confirmacione appropriacionis ecclesie de Dorney eidem monasterio[8] atque eciam fundacionem duarum cantariarum, vnius videlicet in ecclesia parrochiali de St[oke][9] et alterius in ecclesia de Burneham, necnon confirmaciones diuersarum libertatum et aliorum jurium eiusdem monasterij domini nostri regis.

[1] Probably *pueri* (children of both sexes) is meant.
[2] *claustro* cancelled. [3] Shops. [4] *Sic :* ? for *preculis*.
[5] *habens* cancelled. Joan Twyford is named as chamberlain in 1521 : see below.
[6] The text is not given. The sermon was in the mother tongue (*materna voce*).
[7] *A'* cancelled.
[8] This confirmation by pope Urban (apparently Urban VI) is mentioned in a royal confirmation of the appropriation, 22 Sept., 1401 (*Cal. Pat. Rolls* 1399–1401, p. 544). The original licence for appropriation was granted 11 Dec., 1337 (*ibid.* 1334–1338, p. 570), but no presentation to the vicarage was made until temp. Rich. II and in 1396 it was claimed that presentation to the rectory had lapsed to the apostolic see (*Cal. Papal Lett.* IV, 529).
[9] Stoke Poges. These charities, with one at Thames Ditton, are noted *VE* IV, 221.

Domina Mergareta Gybson abbatissa[1]
Domina Alianora Tame priorissa
Domina Johanna Twyford cameraria
Domina Johanna Rynger
Domina Anna Belfeld[2]
Domina Alicia Collys[3]
Domina Anna Nores[4]
Domina Elisabeth Wodford
Domina Mergareta Brown
Domina Mergareta Moosse[5]
Lucia Paget .[6] soror
Brigitta Wodward soror

Domina Anna Belfeld murmurat aliqualiter propter hoc quod hijs diebus modernis non habent stipendium limitatum vti antehac habuerunt sed omnia in communi[7] . Est eciam ipsa domina Anna aliqualiter inobediens et elata / Dominus iniunxit quod huiusmodi murmuraciones cessabunt et obediens ammodo erit.

Priorissa examinata dixit quod domina Anna Belfeld murmurat aliqualiter pro eo quod iam habent omnia in communi et non stipendium priuatum.

Moniales iam[8] dormiunt due simul in eodem lecto quo vsque dormitorium reparetur et preparetur . Dominus iniunxit quod amodo iaceant [nullo modo] simul sed in lectis separatis.

Domina Johanna Twyford examinata dicit quod moniales hijs diebus non surgunt ad matutinas horis consuetis , nam singulis quindenis veniunt ad monasterium fratres aliqui de . . . mon . . .[9] et ipsorum hortatione domina abbatissa facit moniales surgere ad matutinas hora prima et aliquando [ad] horam mediam noctis vbi prius surgebant ad matutinas ad mediam noctis , et statim post matutinas moniales quedam moniales[10] accedunt ad cameram abbatisse et diutius exspectant et non egrediuntur , et ingrediuntur omnes moniales simul a dormitorio ad matutinas et in dormitorium post matutinas vt deberent per regulam religionis . . . . . silencium non obseruatur ibidem . Dominus iniunxit quod abbatissa faciat hoc [obseruari].

[1] Of the twelve persons named here, the last eight appear on the list (1539) of nuns pensioned after the dissolution. By that time Alice Baldwyne had succeeded Margaret Gybson as abbess, and only one other new name appears (*L. & P.H. VIII*, XIV (ii), no. 196).

[2] *Benefilde* in 1539. [3] *Celles* in 1539. [4] Noris in 1539.

[5] *Mosse* in 1539. [6] Pachett in 1539.

[7] In 1519 the nuns had petitioned for the restitution of their annual private stipends in lieu of the sum of £10 which had been appropriated to the common fund.

[8] *dormient* cancelled.

[9] It is not quite clear whether friars are meant or merely ' brethren ' from some neighbouring monastery, e.g. Medmenham. There were no friaries in the immediate neighbourhood of Burnham.

[10] *Sic* : repeated.

[fo. 131*d*.]

Petitur eciam quod finitis diuinis officijs moniales poterint *statim* habere prandium et quod eciam habeant jantacula anglice breakfastes[1] , et eciam quod post vltimam[2] pulsationem ad officia diuina moniales seruent silencium quousque finiantur huiusmodi officia diuina . Dominus iniunxit Abbatisse quod hec faciat obseruari.

Abbatissa ex regula religionis deberet iacere in dormitorio et commedere in refectorio cum monialibus : hoc tamen non facit abbatissa moderna sed iacet in camera sua et habet secum in lecto aliam monialem et commedit in camera sua . Dominus iniunxit abbatisse quod ipsa aliquando commedat in refectorio et quod deincips non habeat secum aliquam in lecto.

Nonnulli pueri[3] videlicet Mergareta Rest Wold[4] Anna Bogar Michaell Bouington et Mergareta[5] sunt in monasterio et nichil soluunt pro[6] communis suis ibidem in detrimentum monasterij . Est eciam ibidem quedam Katerina / Dominus iniunxit quod abbatissa hoc faciat emendari.

Abbatissa non facit compotum semel in anno et si quem talem compotum fecerit ille compotus non declaratur monialibus , quo fit quod moniales non sunt certe de statu domus . Dominus iniunxit abbatisse quod deinceps singulis annis faciat compotum.

Camera[7] et alie officiarie non reddiderunt compotum ad[8] . Dominus iniunxit quod deinceps faciant compotos.

Petitur quod assignetur communis minister seu seruiens qui ad mandatum officiariarum transeat ad emendum necessaria pro eisdem et quod talis seruiens sustentetur sumptibus monasterij et quod non recipiatur aliqua in monialem nisi de consensu omnium ; monialium vel saltem maioris partis earundem . et quod ille que in moniales recipiuntur sint docte et informate in lectura et cantu antequam admittantur . Iniunctum est abbatisse quod hoc faciet reformari.

Priorissa non est omnino diligens et parata ad imponendum et faciendum correcciones in capitulo . Dominus iniunxit priorisse quod deinceps sit diligens in correctionibus.

Domina Anna Belfeld non contentatur cum hoc quod iam habent omnia in communi in monasterio.[9]

Deberet distribui ibidem singulis diebus pro anima fundatoris cuidam pauperi dimidium lagene seruice[10] et vnum panem[11] precij[12]

[1] See p. 84 above, note 10.
[2] *po* cancelled.
[3] Children of both sexes.
[4] *Sic.*
[5] Surname omitted.
[6] *stipendiis* cancelled.
[7] *Sic :* for *cameraria.*
[8] *Sic :* probably *ad* was intended to begin *administracionum suarum* and was left uncancelled.
[9] Repeated from above.
[10] *Sic :* for *cervisie.*
[11] *s* cancelled.
[12] *Sic :* for *ponderis.*

trium librarum et pauper ille deberet audire[1] ibidem illo die que[2] elemosinam ipsam [recipit] et orare pro anima fundatoris . Obseruatur.[3]

Domina Johanna Ringer dicit omnia bene.

[fo. 132.]

Domina Anna Bellefeld examinata petit . . . . . siue statutis illius monasterij.

Petit eciam quod potest habere duplicem vesturam in custodia sua.

[4] Moniales ignorant statum monasterij quod non redditur ibidem aliquis compotus per abb[atissam] saltem coram monialibus.

Domina abbatissa non habet se indifferentem apud omnes moniales quod quasdam . . . et maiore amore prosequitur quam alias, videlicet dominam Elisabeth Woodford dominam [Margaretam] Moosse et Luciam Pagett . Iniunctum est abbatisse quod abbatissa sit sin . . .[5]

Sunt in monasterio alique moniales que nesciunt legere et cantare.

Domina Alicia Collis dicit quod domine Elisabeth Wodford Margareta M[oosse] et Lucia Pagett non transeunt in dormitorium statim post matutinas [sed diucius] exspectant et ita dicit Anna Nores . Ita dicit Mergareta Browne.

Petit eciam ne fratres ita communiter accedant ad monasterium et quod ille[6] fratres non intromi[ttant] cum regulis religionis ibidem.

Abbatissa non reddet[7] compotum annuatim saltem certum fratribus.[8]

Domina Elsabeth Wodford conqueritur quod mulieres seculares accedunt ad monasterium et confabulantur ibidem cum monialibus et moniales confabulantur cum illis quod non est dec[ens].

Domine Anna Belfeld . Mergareta Brown et Alicia Nores non commedunt [in] refectorio sed plerumque habent refectiones suas in cameras suas . Dominus iniunxit quod decetero hoc emmendetur.

Domina Johanna Twiford janitrix permittit laicas mulieres plerumque intrare in claustrum cum non sit opus.

[fo. 132*d*.]

. . . . . .[9] pernoctant . Dominus iniunxit quod deinceps non iaceant aliqui pueri infra dormitorium.

[1] Sc. *missam*.
[2] *Sic :* for *quo*.
[3] Possibly *obligatur* was meant, as there is no distinction between *obseruatur* and the rest of the sentence. But there is no need for *obligatur* and *obseruatur* was probably added as a note to show that the custom was continued.
[4] *No*[*ta*] against this and the next two paragraphs in the margin.
[5] *sine acceptione personorum* is the phrase wanted.
[6] *Sic :* for *illi*.
[7] *Sic :* for *reddit*.
[8] *Sic :* for *sororibus suis*.
[9] Supply *Pueri quidam in dormitorio*.

Silencium non seruatur nisi in claustro.

Domina Mergareta Moosse dicit quod silencium non bene seruatur.

Domina Anna Bellefeld est aliqualiter disobediens.

Et deinde factis illis iniunctionibus dominus visitationem suam ibidem continuauit vsque festum Natalis domini proximum et quemlibet diem iuridicum citra.

L. fo. 66.

3

Burneham monasterium

VISITACIO EXERCITA IN DOMO CAPITULARI IBIDEM DIE MERCURIJ XIJmo VIDELICET DIE OCTOBRIS ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO XXXmo PER MAGISTRUM DOCTOREM MORGAN COMMISSARIUM.

Facto certificatorio per abbatissam sine scriptis ac facta exhortacione salubri per magistrum Coren[1] declaratisque articulis visitacionis per dominum commissarium comparuerunt ibidem omnes moniales subscripte videlicet.

Domina Margareta Gibson abbatissa
Domina Jana Twyford cantarista
Domina Anna Belfeld subcantarista
Domina Alicia Sellys[2]
Domina Anna Norres
Domina Elisabet Wodeford
Domina Margareta Browne
Domina Margareta Mosse
Domina Brigitta Wodward
Domina Lucia Patchet

Quibus sic comparentibus , visis quibusdam munimentis per abbatissam exhibitis dominus ad examinacionem earundem processit et ipsas omnes examinauit que detegerunt vt sequitur.

Abbatissa . Dicit omnia bene.

Jana Twyfford . Dicit quod non habent priorissam : tamen d[icit quod] . . . .[3] exequitur officium priorisse *set* non cum ta . . . .

[fo. 66d.]

Belfeld . Domina Anna Belfeld dicit quod non habent priorissam.

[1] Richard Coren (Curwen) at this date held the preb. of All Saints Thorngate in Lincoln. In April, 1531, he obtained Welton Painshall preb., which he quitted for Cropredy preb. 1 Oct., 1537 (Le Neve II, 141, 224, 231). He became archdeacon of Oxford in Jan., 1534–35, and died in Feb., 1542–43 (*ibid.* II, 67). He also held the preb, of Beaminster prima in Salisbury from 9 June, 1533 (Jones, *Fasti Eccl. Sar.*, p. 357, who calls him 'Corey'; *VE* II, 77, has rightly 'Coren'), and was prebendary of St. Stephen's altar in Beverley in 1535 (*VE* V, 131 : 'Conon').

[2] Called Collys in 1521, Celles in 1539.

[3] Probably *ipsa*.

Alicia Sellys . Dicit quod deberent esse in monasterio priorissa et subpriorissa et iam non habent , quia priorissa et subpriorissa solebant regere domum in absentia et tempore infirmitatis dicte abbatisse.

Anna Norres . Dicit quod non habent priorissam et cetera bene.

Elizabet Wodford . Dicit quod non habent *certum* numerum monialium ex fundacione et nisi secundum facultates domus[1] et dicit quod bene possent hic sustentari xij^{cem} moniales.

Margareta Browne . Dicit quod non habent priorissam.

Margareta Mosse . Dicit quod aliquando extranee mulieres et masculi aliquando[2] *veniunt in claustrum* et nichil bene faciunt set pocius contrarium communicantes [de re]bus mundanis : ideo petit hoc[3] reformari et [dicit quod] non habent priorissam neque subpriorissam et . . . . [c]etera bene.

[fo. 67.]

Brigitta Wodward . Dicit quod non habent priorissam.

Patchett . Dicit omnia bene.

Qua examinacione sic facta dominus commissarius dissoluit hanc visitacionem salua potestate *domino episcopo* faciendi iniunctiones concernentes detecta in dicta visitacione s[icut] ei placuerit etc.[4]

VIII

BUSHMEAD PRIORY

L. fo. 39.[5]

Busshemeade

VISITACIO EXERCITA IN DOMO CAPITULARI IBIDEM VJ^{to} DIE MAIJ ANNO DOMINI M^{o} CCCCC^{mo} XXX^{mo} PER DOMINUM CANCELLARIUM.

[Lecto prim]itus certificatorio per priorem viue vocis oraculo [ac omnibus] canonicis subscriptis personaliter ibidem comparentibus dominus cancellarius visitacionem suam ibidem[6] inchoauit ac articulos huiusmodi visitacionis cum exhortacione salubri tunc ibidem eisdem exposuit.

Dominus Nicholaus Smyth
Dominus Radulphus Burlond
Dominus Robertus Boro
Dominus Ricardus Nicolis
Dominus Rogerus Tommys

[1] I.e. only so many as the resources of the house allow.
[2] *Sic :* repeated. [3] *h* cancelled.
[4] Fo. 67*d* is blank. [5] Ff. 38, 38*d* are blank. [6] *dissoluit* cancelled.

Nicholaus Smyth . Dicit omnia bene.

Robertus Berlond . Dicit omnia sunt perfecta.

Robertus Borow . Dicit omnia bene.

Tommys . Dicit omnia bene.

IX

CALDWELL PRIORY

1. A. fo. 147*d*.
2. L. fo. 41.
3. L. fo. 46.

1

Caldwell

VISITACIO EXERCITA IBIDEM PER DOMINUM WILLELMUM ATWATER LINCOLNIENSEM EPISCOPUM DIE JOUIS PENVLTIMO DIE APRILIS ANNO DOMINI 1518mo ET ANNO CONSECRACIONIS SUE QUARTO.

Iidem habent eis appropriatas / Ocley cum Clopham capella[1] Bromeham ecclesiam Roxton ecclesiam } Bedd' Massewourth Bucks[2] Ernesby Leic'.[3]

Frater Robertus Hag canonicus ibidem vagat per patrias asserens se habere capacitatem.[4]

Fratres prioratus cum sint recepturi correctionem deberent prostrati[5] jacere in domo capitulari : hoc tamen nunc dierum refutant subire / Dominus iniunxit priori quod ipse deinceps faceret hoc obseruari/

Fratres domus non sunt certiores de statu domus / ex hoc quod non redditur computus annuatim per priorem / neque publicatur ille computus fratribus domus . Dominus iniunxit priori quod ipse deinceps annuatim reddat computum suum auditori et eum declaret fratribus suis/

Fratres non sunt obedientes subpriori / neque habet ipse subprior aliquam preeminenciam racione officij sui / neque preponitur fratribus suis in honore . Dominus iniunxit fratribus quod ipsi deinceps exhibebunt subpriori honorem debitum.

[1] Clapham, though usually regarded as a separate parish church, was formerly a chapel dependent on the church of Oakley (*V.C.H. Beds.*, III, 131).

[2] Marsworth. [3] Arnesby.

[4] *Capacitas*, properly employed of the validation of a claim to property, here seems to imply no more than an ordinary licence.

[5] *de* cancelled.

Sacrista prioratus deberet ex redditibus officij sui exhibere clericum ad ministrandum presbitero et ad pulsandum , sed tamen hijs diebus huiusmodi clericus non exhibetur per sacristam / Dominus iniunxit quod deinceps exhibeatur talis clericus.

Idem sacrista exhiberet candelas temporibus matutinarum , sed tamen dominus subprior non habet candelas huiusmodi licet eas sepius requisierit / Dominus iniunxit priori et sacriste quod deinceps hoc emendetur/

Sacrista non debite exhibet luminaria in ecclesia *et tamen*[1] *conferuntur terre pro huiusmodi luminibus supportandis* . Dominus iniunxit sacriste quod ipse deinceps exhiberet huiusmodi luminaria et quod prior hoc videat perimpleri.

Deinde die Lune iij^{tio} die[2] Maij anno predicto dominus deputauit dominum Johannem Biguleswad[3] in celerarium et dominum Willelmum Leuester[4] in sacristam de consensu prioris et conuentus / Eciam de consensu eorum augmentauit stipendium subprioris per vj s. viij d. videlicet ad xl s. annuatim / et sic suam visitacionem ibidem dissoluit et procurationes suas racione eiusdem visitacionis sibi debitas eisdem remisit et perdonauit ; et hec die predicto in domo capitulari et pleno capitulo acta fuere.

[fo. 148.]

Iniunctiones priori et conuentui *de Caldewell* per reuerendum dominum episcopum post suam visitacionem factam diligenter et deuote obseruande.[5]

In primis[6] iniungimus quod diuinum seruicium diurnum pariter et nocturnum diligenter ac deuote obseruetur et quod fratres simul eant ad ecclesiam simulque recedant ab ea preter celerarium . qui[7] frequenter ob curas exteriores abesse oportet ; et qui tarde venit aut prius quam conuentus discedit a choro . Nisi causa racionabilis interuenerit[8] corripiatur.

Item quod exequie et missa de requie pro fundatoribus ac benefactoribus vestris sepius ac frequenter melius solito celebrentur.

Item quod capitulum vestrum quotidie custodiatur ita quod delinquentes aut in choro aut alibi videlicet pro silencij fractione ac pro alijs negligencijs illic[9] reformentur ac corrigantur , et hoc[10] prostrati coram presidenti iaceant ; et tibi priori iniungimus vt[11] fiat hostium in introitu[12] domus vestre capitularis ne vos extranei inspiciant.

[1] *sunt* cancelled.
[2] *prox* cancelled. [3] Prior in 1530. [4] I.e. Leicester.
[5] These injunctions have no date and may have followed another visitation of the priory, as they seem to contain no direct reference to the *detecta* given above.
[6] *iniuximus* cancelled. [7] *Sic :* for *quem*.
[8] *casti* cancelled. [9] *cr* cancelled.
[10] *Sic*. [11] *fiant* cancelled. [12] *capituli vestri* cancelled.

Item quod fratres melius solito claustrum custodiant , illic recitantes ac prospicientes que ad diuinum cultum pertinent videlicet in lectionibus responsorijs ac alijs canticis repetendis , ne te[1] temere negligatur diuinum obsequium.

Item quod fratres non ocientur et maxime iuuenes sed bene informentur ac doceantur sua regula ac statuta Benedicti ; interdum / operi corporali sese gerant ita vt bene occupentur.

Item quod simul ad[2] refectorium conueniant tam ad prandium quam cenam ac biberium[3] , nec vnus post alium veniat aut recedat sed simul veniant ac simul recedant ac simul ad ecclesiam eant pro gracijs Deo agendis.

Item quod nullus fratrum[4] cibos aut escas lauciores alibi quam in refectorio paret , nec extraneos ac precipue mulieres non[5] introducat causa refectionis ad aliquam priuatam cameram nec eciam cognatos nisi de licencia prioris , et in hoc raritas attendatur ; plures namque videmus *hoc tempore* bona monasteriorum commedere quam[6] multa illis proferre.

Item quod post completorium nullus egrediatur loca extrinsica videlicet ad magnam curiam[7] ac ad alia loca officiosa preter celerarium , nisi interdum in estate , et hoc cum licencia presidentis , priuatos ortos ingrediantur ambulacionis causa , et in hoc raritas attendatur ; nec post completorium quisquis potet nisi causa infirmitatis aut laboris *vtilis* , et quod omnes et singuli fratres sint in dormitorio ante horam octauam vt maturius ac diligentius se disponant ad officium matutinum.[8]

Item quod post completorium nullis vtantur fratres ludis , sed vt predixeram aut interdum ambulent aut libris , et precipue iuvenes , incubant,[9] ac vtiliter omnes suum expendant tempus.

Item quod seniores cameras habentes nec bibant nec iaceant in eisdem in noctibus sed cubent in dormitorio cum alijs fratribus nisi sint infirmi : tunc cum licencia prioris in suis cubent cameris.

Item quod in ieme ac tempore brumali fratres communem cameram habeant pro igne ac simul calefaciant se per ignem ac simul potent , et non quisquis in propria camera ignem faciat separatim sed simul fratres in vno loco conveniant ad se per ignis beneficium reficiendos , prouiso quod non diu illic sedeant vana friuola[10] derisoria ac detractoria ociosaque[11] invtilia verba deuitando , sed omnia ac honesta et secundum ordinem fiant etc.

[1] *Sic :* left uncancelled. [2] *p* cancelled.
[3] Bevers. See *Vis. of Religious Houses*, I, 221 (glossary, s.v. Biberie).
[4] *preter in refectorio* cancelled. [5] *Sic.*
[6] *aliq* cancelled. [7] *coquinam* cancelled.
[8] The prescription of a definite hour for retiring to bed is unusual in injunctions.
[9] *Sic :* for *incumbant.* [10] *desa* cancelled.
[11] *In* cancelled.

2

Caldewell prioratus

VISITACIO EXERCITA IN DOMO CAPITULARI IBIDEM DIE MARTIS X^mo^ DIE MAIJ ANNO DOMINI MCCCCC^mo^ XXX^mo^ PER DOMINUM CANCELLARIUM.

[Lecto] certificatorio per priorem in scriptis sub sigillo officij sui cancellarius exposuit hijs subscriptis canonicis[1] ibidem personaliter com[parentibus] articulos visitacionis sue videlicet.

Dominus [Johannes] Bykleswade[2]
Dominus Thomas Killingwourth subprior
Dominus Willelmus Leicester
Dominus Willelmus Newport
Dominus Johannes Kempston
Dominus Ricardus Ryngsted
Dominus Willelmus Bedford
Willelmus Repton nouicius
Oliuerus London nouicius

Bikleswad . Dicit omnia bene vt ipse nouit.

Thomas Killingwourth . Dicit omnia bene et priorem satis bene negocia [tractare].

Leicester . Dicit omnia bene.

Newport . Dicit omnia bene.

Kempston . Dicit omnia bene.

Ryngsted . Dicit omnia bene et priorem [satis bene negocia tractare].

Beddford . Dicit omnia bene.

Repton . Dicit omnia bene.

London . Dicit omnia bene.

Qua quidem examinacione facta [dominus cancellarius] visitacionem suam [dissoluit].[3]

3

[4] Dominus Thomas Kelingworth . supprior dicit quod prior impignorauit omnia jocalia prioratus diuersis personis et iam vendidit Henrico Combes.

[1] *a* cancelled.
[2] Robert Hanslape, elected prior in 1509, resigned 1525 and was succeeded by John Biggleswade, who died in 1531.
[3] Fo. 41*d* is blank.
[4] The following depositions belong to an undated visitation of Caldwell, the earlier details of which have disappeared. It would seem to have taken place some time before the visitation of 1530, when the unsatisfactory conduct of the prior, as reported here, seems to have been amended.

Idem prior per viam mutui habet ex Edwardo Watson[1] , et a Stukeley xxv li. vel xxvj li.

Item vendidit boscos suos absque concilio canonicorum , et fratres timent ne vendantur nemora sua videlicet ther grove.

Dominus Willelmus Leycestre dicit quod prior modernus et adherentes sui conducebant mulierem ad confitendum adulterium inter istum[2] et mulierem et propterea eundem incarcerauit , pro eo et ex eo quod detexit quedam reformatione digna in prima visitacione reuerendi patris Lincolniensis episcopi moderni.

Dicit etiam quod prior exposuit centum libras circa eleccionem suam et pro sua promocione.

Et quod prior modernus ex causa mutui habuit a Roberto Stukeley xxv li. et ab Edwardo Watson xx li. et fecit eis obligacionem sub sigillo conuentuali , isto sponte non consenciente sed coacto.

Habuit ex mutuo etiam ex magistro Lane in comitatu Northampton x li.[3]

Vendidit Henrico Combes omnia iocalia prioratus et dedit eidem viginti nobilia.

Vendidit nemora monasterij absque consensu conuentus.

Ex displicentia prior remouit istum e[x] officio sacriste.

Jocalia alienata.

Oon salte / a standing cuppe gilte with a couer and ij. masers.

Consumit bona monasterij in superflua familia et hospita[litate] sumptuosa.

Comminatus est ei quod si detigeret[4] aliqua in visita[cione] vltima coram domino cancellario quod eidem . . . . .

Retulit ei quod Wynterburn famulus . . . . . eidem priori detecciones suas in vi[sitacione].

Dominus Willelmus Newporte dici[t quod prioratus grauatur ere] alieno et quod prior debet magistro [Edwardo Watson] xx li. et Henrico Combes viginti [nobilia] . . . . . nescit.

[fo. 46*d.*]

Dicit preterea quod prior vendidit nemora monasterij.

Lotrix et pedissequa morantur infra precinctum monasterij , et pedissequa est juuenis.

[1] The bishop's registrar.
[2] Sc. *deponentem.*
[3] The identity of master Lane is uncertain, but he was probably one of the Lanes of Orlingbury, possibly John Lane of Walgrave, second son of William Lane, and brother of Sir Ralph Lane of Orlingbury.
[4] *Sic.*

Dominus[1] Kempston dicit quod prior debet Doctori Wyttour[2] quam summam ignorat , Stukeley xx li. et Edwardo Watson xx li.

Henricus Combes perhendinauit infra prioratum per vnam partem anni et vltra (anno in quatuor partes diuiso).

Dominus Ricardus Ringstede nescit statum domus quia prior fecit compotum coram auditore , sed non ostendit illum compotum conuentui.

Dicit quod prior debet Stukeley de Bedford xxv li , et alijs oneratur ere alieno quos ignorat.

Dominus Willelmus Bedford dicit quod prior fecit Roberto Stukeley Doctori Wyttour et Edwardo Watson obligaciones sub sigillo conuentuali.

Et quod prior hoc anno non reddidit compotum coram conuentu.

Dicit itaque quod jocalia prioratus impignora*ban*tur tempore vltimi prioris abbatisse de Elenestowe , et iam Henricus Combes habet eadem.

[Et qui]a Dominus Willelmus Newporte sacrista confitebatur quod nescit construere oracionem dominicam , dominus remouit eum ab officio sacriste et tradidit claues sui officij custodie supprioris vsque ad aduentum prioris.

[Non] habent v[num] instructorem grammatices.

X

CANONS ASHBY PRIORY

1. A. fo. 130.
2. L. fo. 125.

1

Asheby canonicorum

VISITACIO EXERCITA IBIDEM IN DOMO CAPITULARI DIE LUNE XVIIJ^{uo} DIE JUNIJ ANNO DOMINI M^{mo} CCCCC^{mo} XX^{mo}, DE CONSENSU PRIORIS ET CONUENTUS IN ILLUM DIEM CONSENTIENCIUM DIEM ALIAS PREFIXUM PREUENIENDO , PER DOMINUM VICARIUM GENERALEM.

In primis oblato per priorem ibidem certificatorio in scriptis sigillato et illo perlecto [ac] omnibus canonicis subscriptis ibidem comparentibus excepto domino Roberto Erbys tunc egroto magister Johannes[3] exhortacionem et collacionem siue sermonem ibidem fecit in vulgari.

[1] Blank, sc. *Johannes*.

[2] Dr. Witter was rector of Aston Flamville, Leic., in 1535 (*VE* IV, 183). He was evidently identical with master William Wyttor, prebendary of Nassington in Lincoln 1519–1542 (*VE* IV, 21 ; Le Neve II, 193, where he is called Wittern), and with William Witter, rector of Blunham, Beds., in 1535 (*VE* IV, 197).

[3] Sc. Burges.

NOMINA FRATRUM.

Dominus Ricardus Randall prior.
Dominus Ricardus Collys subprior.
Dominus Robertus Erbys infirmus.
Dominus Johannes Hiett sacerdos.
Dominus Willelmus Antony sacerdos.
Dominus Johannes Tymmys sacerdos.
Dominus Thomas Mew sacerdos.
Dominus Robertus Goodman sacerdos.
Ricardus Rugge nouicius.
Johannes Tymmys nouicius.

Ypsi habent ecclesias de Culworth
de Esheby canonicorum
de Moerton[1]
de Thurlegh[2]
de Puddington[3]
capellam de Atteneston[4]
} et in redditibus circiter clx li.

Exhibuit prior titulum incumbencie sue ibidem . Exhibuit eciam munimenta vt possit deseruiri ecclesie de Morton Eshby et capelle de Atteneston per vnum ex canonicis illius domus amotiuum . Exhibuit eciam statum illius domus necnon appropriaciones ecclesiarum de Moreton[5] Culwourthe / Rely alias Thurley[6] / ecclesie de Eshby canonicorum , ecclesie de Puddingtona / et tenentur prior et conuentus singulis annis distribuere inter pauperes parrochianos apud Thurly[7] vnum quarterium frumenti et aliud quarterium ordei ex assignacione domini Roberti olim Lincolniensis episcopi.

Petitur quod prouideatur de instructore pro canonicis erudiendis in sciencijs primitiuis . Dominus dixit quod vnus ex fratribus suis videlicet dominus Robertus Godeman doceret alios in gramatica , et dixit prior quod voluit prouidere instructorem quamcicius commode poterit.

Fratres non sedent in refectorio sed in alia domo commedunt[8] neque seruant silencium temporibus refectionum et cum sedent extranei cum eisdem . Magister Burges hortatus est priorem quod ipse videat quod fratres sui amodo[9] sedeant in refectorio ad minus iij diebus in septimana ; quod dominus prior se facturam promisit.

Et deinde hijs gestis dictus magister Burges visitacionem huiusmodi[10] ibidem dissoluit.

[1] Moreton Pinkney.
[2] Thurleigh in Bedfordshire.
[3] Podington in Bedfordshire.
[4] Adstone, chapel to Canons Ashby.
[5] Beginning of a name cancelled.
[6] Rely is not an usual form of the name and is probably given here in error. Thurleigh is called Lega, i.e. Leigh, in *Vis. of Relig. Houses* II, 44.
[7] *iiij mo* cancelled.
[8] *nec habent lectiones* cancelled.
[9] *sedent* cancelled.
[10] *suam* begun, but altered to *huiusmodi*.

2

Asheby canonicorum

VISITACIO EXERCITA IN DOMO CAPITULARI IBIDEM DIE SABBATI XXV^to^ JUNIJ ANNO DOMINI M^o^ CCCCC^mo^ XXX^mo^ PER DOMINUM VICARIUM GENERALEM.

Prior exhibuit certificatorium sub sigillo officij sui , quo de mandato domini visitatoris perlecto ac omnibus canonicis subscriptis nominatim preconisatis et ibidem personaliter comparentibus nemine eorum absente / dictus dominus visitator articulos huiusmodi sue visitacionis tunc ibidem exposuit et causam aduentus sui ad domum illam declarauit / ac tunc deinde exhortacionem quand[am] salubrem partim in latino partim in vulgari eisdem fecit.

Dominus Ricardus Randall prior
Frater Ricardus Collys subprior[1]
Frater Johannes Brett sacerdos
Frater Willelmus Antony sacerdos
Frater Willelmus Tymmys sacerdos
Frater Thomas Mew sacerdos
Frater Robertus Gudman sacerdos
Frater Johannes Tymmys sacerdos
Frater Willelmus Crocke nouicius
Frater Johannes Burreley nouicius
Frater Ricardus Smyth nouicius
Frater Willelmus Bromeld nouicius

Qua quadem exhortacione finita dominus visitator ad examinacionem prioris et canonicorum predictorum processit qui examinati detegerunt vt sequitur.

Randall prior . Dicit quod omnes canonici sunt ibidem obedientes [sibi et religio]se et caritatiue viuentes et alia omnia . . . . . .

Collys subprior . Dicit omnia bene.

Brett[2] . Dicit quod Jud pincerna est seminator discord[ie] . . . . . et ipse eciam notatur cum Johanna Wright . . . . maker . . . . . monasterij manente in Morton.[3]

Antony . Dicit omnia bene/

Tymmys senior . Dicit omnia prospera fore.

Mewe . Dicit omnia recte peragi.

[1] Colles was prior at the dissolution (*L. & P.H. VIII*, XIII (i), p. 575). Randall was still prior at the acknowledgment of the Royal Supremacy by the canons in 1534 (*ibid.* VII, no. 1121 (23), p. 440).
[2] *Nota* mark in margin. [3] Moreton Pinkney.

[fo. 125*d*.]

Gudman . Dicit singula in monasterio bene existere preterquam quod pincerna monasterij aliquando seminat discordias et verba dissencionis profert fratribus.

Tymmys junior . Dicit quod pincerna monasterij non est diligens minister in officio [suo] et ipse aliquando imposujt sall[1] in seruicia conuentus et eciam . . . . surripuit panem potum et caseum et confert quibusdam ad placitum suum , precipue vxori molendinarij / cum qua ipse notatur eo quod ipsa erat . . . [in] promptuario cum dicto pincerna minus tempestiue in hora iiij^{ta} ante [meridiem].

Croke . Dicit omnia bene.

Burley[2] . Dicit . . . . . quod Jud pincerna monasterij non prosequitur vxorem propriam debito amore sed notatur cum. quadam Johanna Wright maltster monasterij et eciam cum vxore. molendinarij.

[Smyth] . [Dicit omnia] bene.

[Qua quidem] examinacione facta die crastino tunc sequenti . . . . . [comparuit] personaliter Jud pincerna et . . . . . articulum . . . . . eciam iur' . . . . . aud pincerna et ipsa iurata . . . . . que dominus Judiuit ex relacione priori[s] . . . . . ex . . . . . fuisse . . . . . eorum vtrique iniunxit quod amodo . . . . . suos et quod non admittat s . . . . . et quod Jud honeste se gerat [erga fratres canonicos] illius prioratus.[3]

XI

CATESBY PRIORY

1. A. fo. 130*d*.
2. L. fo. 115.

1

Catesby alias Shopes prioratus

VISITACIO EXERCITA IN DOMO CAPITULARI DIE MARTIS XIX^{no} DIE JUNIJ ANNO DOMINI M^{mo} CCCCC^{mo} XX^{mo} , DIE ALIAS PREFIXO PRO VISITACIONE IBIDEM DE CONSENSU PRIORISSE ET CONUENTUS PREUENTO , PER MAGISTRUM RICARDUM ROSTON DOMINI WILLELMI LINCOLNIENSIS EPISCOPI CANCELLARIUM , ASSISTENTE MAGISTRO JOHANNE BURGES IN THEOLOGIA BACALLARIO.

NOMINA MONIALIUM.

Domina Jocosa priorissa[4]

[1] *Sic :* for *sal* . *Nota* mark in margin. [2] *Nota* mark in margin.

[3] The passage is nearly illegible, but the sense is fairly clear. Ff. 126, 126*d* are blank.

[4] Joyce Byckeley, prioress at the dissolution (*L. & P.H. VIII*, XIII (i), p. 576). High praise of her character is given by the commissioners in 1536 (*ibid.* X, no. 858, p. 354).

Domina Johanna Stichenayll subpriorissa

Domina Margeria Wigston

Domina Gracia Dunward sacrista

Domina Alicia Snow precentrix

Domina Avisia Bakpuys infirma

Domina Johanna Palmer subprecentrix

Domina Elisabeth Vaughan

Eedem habent

Ecclesiam parrochialem de Catesby North'
Esheby magna Leicester
Baseford ecclesiam in Archidiaconatu *Nott*'[1]
} ac in terris et redditibus circiter.[2]

In primis facto per dictam priorissam certificatorio viua voce ac lectis litteris mandatorijs dicti domini episcopi eidem priorisse pro huiusmodi visitacione directis , ac omnibus monialibus prenominatis (dicta subpriorissa tunc egrotante dumtaxat excepta) ibidem personaliter comparentibus / ac facto per dictum magistrum Johannem Burges sermone quodam in vulgari sequentem hoc thema Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus[3] , domina priorissa exhibuit fundacionem domus sue in scriptis sub sigillo Roberti filij Phillippi fundatoris primi ibidem ac eciam confirmacionem regis Henrici de eadem fundacione[4] / necnon titulum[5] incumbencie sue in eadem in scriptis sub sigillo officij vicarij generalis domini Lincolniensis / atque bullam Innocencij quarti super priuilegijs illius domus et confirmacione ecclesiarum suarum ac presertim de non soluendo decimas de noualibus cum clausulis ibidem expressatis . Exhibuit eciam[6] librum de redditibus annuis illius domus / et de receptis per eandem necnon appropriationes ecclesiarum predictarum.[7]

Quoad statum domus dicunt moniales seniores quod monasterium illud non est aliquibus creditoribus indebitatum.

Et hijs gestis ac singulis monialibus ibidem separatim examinatis dominus vicarius generalis suam huiusmodi visitacionem ibidem dissoluit et hortatus est priorissam quod ipsa deinceps singulis annis faciet compotum sue administracionis[7] coram suis sororibus ; quod ipsa priorissa dixit se velle perimplere.

[1] Interlined above *North*'. cancelled.
[2] *Sic.*
[3] 2 Cor. iv, 7.
[4] The confirmation by Henry III (10 Dec. [*sic*], 1272) is printed ap. *Monasticon* IV, 637.
[5] *eiusdem* cancelled.
[6] *librorum* cancelled.
[7] *sue* cancelled.

2

Catesby prioratus

VISITACIO EXERCITA IN DOMO CAPITULARI IBIDEM DIE SABBATI x^mo DIE SEPTEMBRIS ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO xxx^mo PER DOMINUM CANCELLARIUM.

Visitatore in domo capitulari ibidem iudicialiter sedente priorissa exhibuit certificatorium in scriptis sub sigillo suo . Deinde preconisate fuerunt moniales subscripte videlicet.

Domina Jocosa Bykley
Domina Johanna Stichenall
Domina Alicia Snawe
Domina Johanna Palmer
Domina Elisabeth Vaghan
Domina Agnes Bykley
Domina Sibilla Hunte
Domina Alicia Croftes
Domina Cecilia Hyll
Domina Jocosa Bykley
Domina Margareta Kelk monialis de Nuncotton in hanc domum commorans.

Quibus omnibus ibidem comparentibus dominus visitator exhortationem quamdam fecit in vulgari ibidem et articulos huiusmodi visitacionis sue eisdem tunc declarauit et deinde ad examinacionem earundem processit : que singillatim examinate detegerunt vt sequitur.

Priorissa . Dicit quod dormitorium claustrum et domus capitularis [monasterij sunt] in decasu . Dicit tamen quod ipsa[1] . . . . . reparare . . . .

Stychynall . Dicit quod priorissa non reddidit compotum administracionis [sue].

Dicit eciam quod priorissa plures habet consanguineos [et quod monasterium] oneratur sumptibus[2] consanguineorum.

Priorissa nimium adherit[3] consilio Elisabeth Vaghan et [Agnetis] Bykley monialium.

Dicit eciam quod dormitorium claustrum pistrina domus capitularis molendinum et orreum monasterij sunt in decasu.

Non est consonum quod pueri ludent in claustro nec sedeant in choro , et tamen ita plerumque faciunt ; et sunt plures pueri in monasterio aliqui masculi et alie femine.

Domina Mergareta Kelk non est diligens circa diuina officia [nam neque] cantat nec legit in choro vt deberet.

[1] *cum ca* cancelled. [2] *s* cancelled. [3] *Sic :* for *adheret.*

Snawe . Dicit quod dormitorium claustrum domus capitularis et pistrina monasterij sunt[1] ruinosa.

Moniales[2] sedent in refectorio in quadragesima et in aduentu.

[Palmer . Dicit quod] juniores moniale[s] non sunt omnino concordantes . Credit [quod] domina Mergareta Kelk prebet occasionem huiusmodi discordie.

[Bykley . Dicit quod] omnia sunt bene.

[Vaghan .] Dicit quod domina Mergareta Kelk non est omnino obediens et aliquando prebet occasionem discordie , nec est diligens circa diuina [officia nec legit] et cantat vt deberet in choro . Ipsa eciam nocte quadam decessit a dormitorio in claustrum et in aulam ad [quendam] virum vt dicitur.

[fo. 116.]

Hunt . Dicit quod Mergareta Kelk aliquando prebet occasionem discordie.

Croftes . Dicit quod Mergareta Kelk aliquando discordiam vt dicit.

Hyll . Dicit quod domina Mergareta Kelk nocte quadam decessit a dormitorio in aulam ad[3] quemdam Thomam Catisby , sed quid fecit ipsa nescit . Ipse Thomas erat seruiens fundatoris domus.[4]

Bykley junior . Dicit omnia bene.

Kelk . Dicit omnia bene . Petit [quod priorissa quamcitius] poterit [reparabit] domum capitularem.[5]

[fo. 116*d.*]

Qua quidem examinacione sic facta dominus cancellarius eadem die iniunxit priorisse quod ipsa quamcitius poterit reparabit domum capitularem dormitorium claustrum et pistrinam ac alias domus defectiuas.

Item iniunxit priorisse quod ipsa anuatim reddet compotum administrationis coram monialibus domus in scripturis.

Item quod amodo pueri non ludent in[6] claustro nec in ecclesia , neque sedeant in choro inter moniales.

Item iniunxit priorisse quod ipsa non onerabit prioratum excessiue in numero consanguineorum.

Item iniunxit priorisse pro eo quod[7] domus alique sunt defectiue infra monasterium quod ipsa non recepiet[8] aliquas alias [moniales] nec aliquam vnam monialem sine consensu domini Lincolniensis episcopi.

[1] *defe* cancelled. [2] *habent matutinas* cancelled. [3] *virum* cancelled.
[4] It is not clear who was regarded as founder and patron of Catesby priory at this date.
[5] Capital letter (? Q) lower down.
[6] *cho* cancelled. [7] *dom* cancelled. [8] *Sic.*

Et hijs iniunctionibus sic factis dominus visitacionem suam ibidem dissoluit.

Deinde iniunxit domine Kelk quod ipsa amodo non exibit loca claustralia monasterij et quod sit diligens circa diuina in ecclesia et quod obediat priorisse.[1]

XII

CHACOMBE PRIORY

1. A. fo. 129.
2. L. fo. 124.

1

Chacombe

VISITACIO EXERCITA IBIDEM IN DOMO CAPITULARI DIE SABBATI XVJ^mo^ DIE JUNIJ ANNO DOMINI M^mo^ CCCCC^mo^ XX^mo^ PER MAGISTRUM JOHANNEM BURGES IN SACRA THEOLOGIA BACCALLARIUM DOMINI EPISCOPI LINCOLNIENSIS COMMISSARIUM.

In primis prior exhibuit certificatorium in scriptis sub sigillo . Exhibuit statum illius domus in scriptis / fundacionem.

NOMINA FRATRUM.

Dominus Thomas Saunders prior
Dominus Thomas Stone supprior
Dominus Thomas Payn
Dominus Thomas Sonne
Dominus Johannes Bennet
Dominus Thomas Smyth

IIDEM HABENT ECCLESIAS

de Chacombe Dalby Leic'[2]
de Penna Buckes[3]
de Chacombe North'
de Barford Michaelis Oxon'[4]

Et habent in terris tenementis et redditibus ac alijs emolimentis circiter[5] c li.

Fratres monasterij non sedent in refectorio / sed insimul sedent in quodam loco nuncupato the / fermery , nec seruant silencium / Alia omnia comperta continentur in billa quadam per canonicos porrecta / Dominus commissarius iniunxit priori quod canonici deinceps sedeant tempore estiuali in refectorio / et quod tempore hiemali sedeant iij diebus in refectorio et alijs in diebus in quadam alia domo conueniente vbi ignem possunt habere.

[1] Ff. 117, 117*d* left blank. [2] Dalby Magna. [3] Penn.
[4] Barford St. Michael. [5] *clxxxxij li.* cancelled.

Sigillum commune custoditur sub duobus clauibus quorum vnus remanet apud fratrem seniorem domus et alius remanet apud priorem/

Dominus prior est aliquando seuerus in fratres suos et eos corrigit : eciam aliquando verberat extra capitulum / et ad quinquennium elapsum[1] percussit vnum ex fratribus suis ad effusionem sanguinis in claustro dominum Thomam Hanslapp/

Dominus prior aliquando increpauit fratres suos propter detectiones per eosdem factas in visitacionibus.

Fratres monasterij non sunt docti nec satis bene eruditi / Dominus prior promisit citra festum Natalis Domini proximum prouidere aliquem idoneum instructorem ad informandum canonicos in sciencijs primitiuis.

Fratres monasterij non habent esculenta et poculenta salubria nec in quantitate sufficienti . Dominus commissarius iniunxit priori quod decetero fratres habeant esculenta salubria et sufficiencia.

Non est prouisum pro domo nec pro ministris pro infirmis fratribus/

Dominus prior habet in manibus suis omnia officia illius prioratus . Iniunctum est priori quod ipse ante festum Natiuitatis[2] Johannis proximum preficiat aliquem in suppriorem cum stallo subprioris et alijs preeminencijs huic officio pertinentibus.

[fo. 129*d*.]

Officia diuina non celebrantur ibidem horis consuetis et debitis sed dominus prior facit fratres exspectare plerumque[3] vltra horas debitas adeo quod aliquando vix poterit alta missa ante nonam celebrari et quando[4] finitur missa post nonam[5] . Dominus[6] commissarius iniunxit priori et canonicis quod deinceps officia diuina celebrentur horis consuetis/

Frater Thomas Smyth canonicus ibidem non est expertus in gramatica.

Sunt in ipsa domo tres dumtaxat presbiteri et ipsi tres obligantur ad iij missas quotidie . Iniunctum est priori quod ipse quamcito commode poterit prouideat de numero presbiterorum et aliorum fratrum ampliando.

Dominus commissarius iniunxit priori quod ipse deinceps non permittat fratres suos exire septa domus / et cum exiuerint quod exeant tres aut duo simul cum honesto comite in campos causa recreandi ita quod reuertantur ante horas canonicas / et quod

[1] *es* cancelled.
[2] *domini prox* cancelled.
[3] *vj* cancelled.
[4] *Sic :* for *aliquando*.
[5] I.e. noon.
[6] *prior* cancelled.

fratres non frequentant[1] potaciones nec ingrediantur domos laicorum quousque reuersi fuerint in monasterium.

[2]Iniunctum est priori quod ipse non increpet fratres suos occasione detectorum in presenti visitacione.

Iniunctum est eciam priori quod ipse deinceps[3] permittat fratres suos habere pennoria et scriptoria[4] vt di[s]cere possent scribere etcetera[5] libros conficere.

Dominus iniunxit omnibus canonicis quod deinceps annuatim ostendant[6] statum suum priori et quod coram eo profundant pecunias.[7]

Et hijs gestis dictus dominus commissarius salua potestate transmittendi iniunctiones visitacionem suam dissoluit ac ipsos omnes concordes et *in* pace dimisit.

Iniunctum est priori quod ipse annuatim ostendat compotum administracionis sue fratribus domus , ita quod quod[8] fratres poterunt esse certiores de statu domus.

2

Chacombe

VISITACIO EXERCITA IBIDEM IN DOMO CAPITULARI IBIDEM[9] DIE JOUIS VIGILIA NATIUITATIS SANCTI JOHANNIS BAPTISTE ANNO DOMINI M^O^ CCCCC^mo^ XXX^mo^ PER DOMINUM VICARIUM GENERALEM.

Prior exhibuit certificatorium in scriptis ; quo perlecto ac omnibus canonicis nominatim preconisatis dominus cancellarius articulos visita[cionis] exposuit et deinde ad examinacionem prioris et conuentus subscript[am] processit.

Dominus Thomas Saunders prior[10]
Dominus Thomas Stone in officio subprioris
Dominus Thomas Payne presbiter
Dominus Johannes Harfford presbiter
Willelmus Wellys professus
Edwardus Done professus
Willelmus Lapwourth professus
Willelmus Wedon.

Saunder prior . Dicit quod omnes canonici sunt sibi obedientes et religiose viuunt nec aliquid nouit detegendum.

[1] *Sic :* for *frequentent.* The word has been altered and *nec* cancelled.
[2] *Iniunctum est priori* cancelled as repeated.
[3] *non* cancelled. [4] Pen-cases and writing materials.
[5] Should follow *libros conficere.* [6] *computum* cancelled.
[7] I.e. they should exhibit all the money on them, empty their pockets.
[8] *Sic :* repeated. [9] *Sic :* repeated.
[10] At the dissolution the prior was Henry Austen, who succeeded on the death of Saunders in 1534 (*VCH Northants* II, 135 ; *L. & P.H. VIII,* XIII (i), p. 575).

Stone subprior . Dicit omnia bene inquantum ipse . . . . . credit.

Payne . Dicit omnia bene.

Harfford . Dicit omnia in monasterio se bene habere.

Wellys . Dicit quod . . . . . .

Doyne . Dicit omnia bene /

Lapwourth . Dicit omnia bene.

[fo. 124*d.*]

[Wedon] . Dicit quod in monasterio omnia bene se habent.

Qua quidem examinacione sic facta dominus die crastino tunc sequenti videlicet festo Natiuitatis sancti Johannis Baptiste in domo capitulari ibidem iudicialiter sedens , licet nichill per huiusmodi examinacionem reperit detectum reformacione d[ignum] omnes de canonicis illius domus hortabatur ad perseuerandum in honestate ac religiosa conuersatione . Et quod ipsi omnes inuicem caritatiue se gererent vnus erga alium et quod debite peragant . . . . .

[Quibus quidem] factis exhortacionibus dominus hortabatur priorem illius domus ad reparandum cancellum ecclesie sue conuentualis quamcitius commode poterit.

[Omnibus] hijs expeditis ac procuracionibus visitacionis persolutis dominus visitacionem [suam huiusmodi] dissoluit.

XIII

CROYLAND ABBEY

A. fo. 47*d.*

Croyland

VISITATIO EXERCITA IN DOMO CAPITULARI IBIDEM DIE JOUIS VLTIMO DIE JUNII ANNO DOMINI M^mo^ CCCCC^mo^ XIX^no^ PER DOMINUM WILLELMUM ATWATER DEI GRACIA EPISCOPUM LINCOLNIENSEM PERSONALITER.

Dominus abbas habet in manibus suis officia celerarii et receptoris , et licet alii habeant nomina huiusmodi officiariorum non tamen habent emolumenta eisdem officiis pertinentia . Dominus iniunxit quod dominus abbas preficeret ex fratribus suis in illis officiis cum omnimodis emolumentis huiusmodi officiorum super computo per eosdem reddendo , et vltra emolumenta eorundem officiorum si opus fuerit ad sufficientiam[1] /

[1] The Latin of this injunction is somewhat elliptic. The abbot is ordered to prefer members of the convent to the offices of cellarer and receiver with all manner of emoluments attached, for which they must render an account, and if necessary to make them a sufficient allowance in addition to such emoluments.

Janitor monasterii non est honestus neque discretus nec facit suam diligenciam in officio suo , sed plerumque cum peregrini aduenerint monasterium et[1] peregrinantes Walsingham inquerunt[2] a janitore pro[3] recta vita[4] illuc ducente ipse janitor eos cachinnat / et plerumque docet eos vias obliquas / Et[5] cum fuerit in villa Croyland non vult festinanter accedere ad monasterium eciam vocatus per dominum abbatem aut aliquem officiarium monasterii.

Dominus abbas dixit quod ipsum ianitorem voluit ammouere ab officio / occasione premissa.

Monachi monasterii solebant temporibus infirmitatum quibus eos ex causis necessariis contingeret de licencia eiusdem domini abbatis[6] abesse monasterio / habere allacaciones[7] in pecuniis pro ipsorum victualibus sicut habent alii monachi convalescentes in esculentis et poculentis / et jam absentes , eciam causa infirmitatis , nichil habent . Dominus iniunxit quod deinceps ex causis premissis absentes fratres percipient iuxta morem preteritum / et sic dominus abbas contentabatur /

Dominus Simon Pinchebek dudum prior monasterii / non habet tantam preeminentiam quanta erat sibi tempore resignationis promissa / eo quod erat sibi promissum quod ipse esset equaliter preferendus cum priore moderno in omnibus sed tamen iam non est taliter reputus[8] / Dominus monit[9] quod ipse preferretur ceteris confratribus suis iuxta discretionem domini abbatis /

Dominus Johannes Freston stetit in religione per xliiij annos et iam deberet habere diuersa priuilegia ratione plurium anno[10] quibus stetit ibidem / Petitur a quibusdam vt ipse huiusmodi priuilegiis poterit vti et gaudere / Dominus vluit[11] quod ipse haberet priuilegia prout domino abbati et conuentui videbitur /

Dominus Johannes[12] capellanus secularis prioris monasterii est presens cum fratribus monasterii in lez seynes[13] et pernoctat cum eisdem in dormitorio apud Dowesdale[14] / contra statuta religionis quc canunt[15] quod nullus secularis pernoctabit in dormitorio , et tamen in huiusmodi locis aliquando seculares pernoctant cum fratribus et in ipsorum lectis in dormitorio / Dominus inhibuit hoc deinceps fieri omnino / et hoc firmiter iniunxit domino abbati emendari /

Sunt aliqui ex fratribus monasterii habentes varias infirmitates in capitibus suis / Petitur vt ipsi poterunt de licencia domini abbatis

[1] *eund* cancelled. [2] *Sic :* for *inquirunt.* [3] *Recta* cancelled.
[4] *Sic :* for *via.* [5] Altered from *fiet.*
[6] *ad* cancelled. [7] *Sic :* for *allocaciones.*
[8] *Sic :* for *reputatus.* [9] *Sic :* for *monuit.*
[10] *Sic :* for *annorum.* [11] *Sic :* for *voluit.*
[12] Surname blank. [13] See p. 85, above, note 5.
[14] Dowesdale house, the grange used as a place for convalescence by the monks of Croyland. See *Vis. of Relig. Houses* I, 37 and note, II, 169*n*.
[15] *Sic* ; but *cauent* evidently was meant.

vti piliis[1] extra ecclesiam . Dominus noluit vllo modo hoc concedere nisi dumtaxat priori / Quoad alios hoc reliquit discretioni domini abbatis prout opus erit /

Aliqui ex fratribus habent pueros eisdem attendentes et ministrantes et ipsi pueri aliquando ingrediuntur dormitorium et ibidem sternunt lectos monachorum / contra morem antiquum monasterii[2] / Dominus hoc penitus inhibuit et taliter omnibus iniunxit.

Fratres commedentes in refectorio plerumque non habent potagia[3] incuria domini abbatis qui habet in manibus suis officium celerarii / seu saltem ipsius celerarii . Prouideatur remedium / Dominus abbas prouisit[4] facere hoc emendari /

Dominus abbas solueret annuatim ad exhibitionem quorundam luminum / ad manus custodis luminum xl s. / iuxta augmentacionem domini Gilberti nuper abbatis ibidem[5] / et tamen hiis diebus ipsi xl s. subtrahuntur . Dominus iniunxit domino abbati quod ipse videret quod custos luminum haberet emolumenta[6] sufficientia ad supportandum onera officii sui /

Croyland

[fo. 48.]

Fratres commedentes in refectorio per mensem preteritum non habuerunt blodia anglice puddings[7] / incuria scelerarii / Prouideatur igitur quod deinceps reformentur / Dominus abbas promisit facere hec emendari.

Assignetur quidam ex fratribus qui nouit et vult instruere Thomam Croyland in cantu[8] . Dominus abbas promisit facere hoc perimpleri /

Solebant monachi absentes a monasterio ex causis[9] habere septimanatim pro[10] esculentis xij d. a celerario / et pro poculentis a domino abbate xij d. / sed tamen hiis diebus absentes , eciam ex causis infirmitatis , nichill habent pro victualibus / contra consuetudinem monasterii et contra ordinacionem factam tempore Willelmi Gidding olim abbatis[11] / Est prouisum remedium et dominus abbas promisit facere hoc perimpleri.

[1] Skull-caps. See glossary, s.v. pilius, in *Vis. of Relig. Houses* I, 244.
[2] *quod aliqui monachi vterentur piliis* cancelled.
[3] *necligenciam* cancelled. [4] *Sic :* for *promisit.*
[5] The abbot in question was certainly William Giddyng, abbot 1504–1507. No abbot of Croyland bore the name of Gilbert, and *Gilberti* seems to have been written inadvertently. The name, however, is not very clear in the MS.
[6] *sufficii* cancelled. [7] Blood or black puddings.
[8] Thomas Crowland *alias* Parker was left at the dissolution in charge of the parochial cure, occupying the *camera* previously appropriated to the *magister operum* (*L. & P.H. VIII*, XIV (2), p. 230).
[9] *Sic* (*caus'*), but the word should probably be *cons'*, i.e. *consuetudine.*
[10] *vul* cancelled. [11] See note 5 above.

Frater[1] Sleforth et frater Thomas Stoke infirmantur . Dominus inhibuit vsum piliorum apud omnes monachos nisi evidens fuerit infirmitas alicuius , quo casu dominus voluit quod durantibus infirmitatibus dominus abbas licenciaret iuxta discretionem suam /

Primo die Julii anno predicto prefatus reuerendus pater / exquesitis[2] primitus votis omnium monachorum ac omnibus per eosdem detectis in scriptis redactis et per eundem dominum visitatorem / mature examinatis et plene rimatis atque aliqualiter vt patet ex precedentibus reformatis / dominus visitacionem suam ibidem dissoluit et eosdem in pace cum dei et sua benediccione dimisit.

Deinde magister Antonius Ouerton sacre theologie professor humiliter peciit a prefato domino visitatore quatenus ipse[3] , habito respectu ad varias infirmitates quibus ipse indies laborat / et ad gradum sui doctoratus , idem dominus abbas et confratres sui de consensu et licencia dicti domini visitatoris concederent sibi aliqua priuilegia , videlicet quod deinceps non sequetur chorum sed quod poterit gaudere priuilegio jubilenarii anglice a stager[4] / Et deinde dominus visitator requisiuit dominum abbatem et eciam conuentum ibidem quatinus ipsum dominum doctorem humanius propter huiusmodi suas infirmitates et gradum doctoratus pertractarent et sibi aliqua priuilegia concederent / Et dominus abbas dixit quod in hoc ipse voluit consulere conuentum suum et deinde voluit sibi gracias et priuilegia condecentia sibi[5] concedere[6] /

XIV

DAVENTRY PRIORY

A. fo. 124.

Daventre prioratus

VISITACIO EXERCITA IBIDEM IN DOMO CAPITULARI DIE JOUIS XXJmo DIE JUNIJ ANNO DOMINI 1520mo, DIEM SABBATI XXIIJclum

[1] Christian name blank. Richard Slyford *alias* Benett and Thomas Stoke *alias* Alderyche appear in the pension list after the dissolution (*L. & P.H. VIII*, XIV (2), u.s.).

[2] *Sic.*

[3] *Sic. Ipse* should have been cancelled in view of the change of construction (*idem*, etc.) below.

[4] See glossary, *Vis. of Relig. Houses* I, 249, s.v. Stagiarius. Overton, in spite of his infirmities, survived the dissolution of the monastery (*L. & P.H. VIII*, XIV (ii), 230).

[5] *Sic :* repeated.

[6] It is a pity that no list of names of monks is given and that there is no record of a visitation by Longland. At the dissolution the abbot was John Wellys *alias* Bryggys, who had been abbot ever since 1512 (*VCH Linc.* II, 117) ; and two names mentioned here may be recognised, in addition to that of Overton, in the pension list, viz. Richard Slyford *alias* Benett, B.D., and T. Stoke *alias* Alderyche (*L. & P.H. VIII, ut sup.*).

DIEM DICTI MENSIS ALIAS ASSIGNATUM PRO HUIUSMODI VISITACIONE DE CONSENSU PRIORIS ET CONUENTUS IBIDEM PREUENIENDO , PER DOMINUM VICARIUM GENERALEM VICE DOMINI WILLELMI ATWATER EPISCOPI LINCOLNIENSIS.

NOMINA FRATRUM.

Dominus Alexander Colyns prior[1]
Dominus Johannes Winterton subprior
Dominus Thomas Dure est surdus et infirmus
Dominus Johannes Leicester coquinarius
Dominus Ricardus Lane sacrista
Dominus Jacobus Whittingham incarceratur Banburie propter apostasiam
Dominus Milo Grendon est absens in apostasia et sic stetit per quatuor annos
Dominus Thomas Barett subsacrista
Dominus Nicholaus Elston precentor
Dominus Johannes Totebury

IIDEM HABENT ECCLESIAS

de Daventre vicariam de Daventre / Ecclesiam de Falvesley[2]
de Norton vicariam de Norton / Ecclesiam de Preston[3]
de Stauerton vicariam de Stauerton / Ecclesiam de Scalforde[4]
Ecclesiam de Foxton[5] vicariam de Preston Ecclesiam de [West Haddon
Vicariam de Westhaddon

Et habent in terris tenementis redditibus et alijs emolumentis annuis circiter summam.[6]

In Dei nomine amen . Nos Ricardus Roston , decretorum doctor , reuerendi in Christo patris et domini domini Willelmi Dei gracia Lincolniensis episcopi vicarius in spiritualibus *siue commissarius* generalis et officialis principalis , istam domum siue prioratum iure ordinario dicti reuerendi patris actualiter visitantes et in eadem visitacione rite et legitime procedentes , dominum Milonem Grendon huius prioratus monachum (qui dudum ab isto eodem prioratu absque licencia prioris sui ibidem nulla salten[7] de quo[8] nobis *seu priori suo* constat sufficienti suffultus auctoritate in apostasiam *cadendo* recessit / et sic in apostasiam a diu continuauit) / ad[9] comparendum istis die et loco ordinariam visitacionem dicti reverendi patris subiturum sepius publice preconisatum diuque et

[1] Colyns resigned at the dissolution of the priory, 16 Feb., 1524–25, when it was suppressed for the endowment of Wolsey's college at Oxford, in company with a number of other houses (*L. & P.H. VIII*, IV (i), no. 1137 (5), p. 501).
[2] Fawsley. [3] Preston Capes.
[4] Scalford in Leicestershire, near Melton Mowbray.
[5] In Leicestershire, near Market Harborough. No mention is made here of the vicarage which at this time existed in the church.
[6] The sum is left blank.
[7] *Sic :* for *saltem*. [8] *Sic :* for *qua*.
[9] *hos diem et locum per priorem* cancelled.

sufficienter exspectatum ac sic comparere et subire minime[1] curantem pronunciamus et declaramus contumacem atque apostatam et ipso facto[2] ac de *iure* excommunicatum / et pro tali publice denunciandum et evitandum fore in hijs scriptis.

Lata erat hec sentencia die predicto[3] in dicta domo capitulari per dictum domini vicarium generalem presentibus priore et toto conuentu /

Non reddit dominus prior computum sue administrationis saltem fratribus suis / nec sunt fratres certiores de statu domus / Dicunt tamen quod dominus prior agit pro viribus suis in vtilitatem monasterij negocia eiusdem , et dicunt ipsum satis esse huic monasterio commodiferum eorum omnium opinione.

Non est bene prouisum pro infirmis fratribus / Dominus[4] iniunxit subpriori et infirmario quod ipse deinceps prepa*ra*ret de prouentibus illius officij quod necessaria ministrentur infirmis.

Non est salarium omnium presbiterorum equaliter persolutum ex hoc quod aliqui habent per annum xl s. , alij habent nisi dumtaxat xxxiij s. iiij d. Petitur vt omnes presbiteri habeant per annum xl s. Dominus prior contentabatur quod omnes presbiteri haberent stipendium xl s. ita quod circa ipsorum vesturam applicarent et non in inanes vsus exponerent /

[fo. 124*d*.]

Monachi cum exeant monasterium causa recreationis habent secum canes venaticos / quod non videtur consonum religioni / Dominus iniunxit ne deinceps ipsi monachi cum exirent causa recreationis haberent secum venaticos siue con . . neque exirent cum clamore aut tumultu sed sobrie et quiete et quod redeant ante horas vesperarum /

Et hijs gestis dominus vicarius generalis facta primitus exhortacione anglice fratribus ibidem suam huiusmodi visitacionem dissoluit et eos omnes in pace dimisit.

In inicio visitacionis magister Johannes Burges verbum Dei ibidem publice proposuit in vulgari suo sequens hoc thema / Reddite[5] /

Deinde dominus iniunxit omnibus monachis quod quamcito ipsi comode poterunt perquerere[6] le strayles anglice stamyns[7] quod extunc non pernoctarent in pannis lineis.[8]

[1] *cor* cancelled. [2] *excommunicatum siu* cancelled. [3] *per* cancelled.
[4] *prior dixit quod velit providere quod infirmi haberent necessaria* cancelled.
[5] Marc. XII, 17, or Luc. XX, 25.
[6] *Sic :* for *perquirerent.*
[7] I.e. bed-clothes, woollen blankets.
[8] *vestibus* cancelled. A similar prohibition occurs.

XV

DELAPRÉ ABBEY

L. fo. 122.

De lapray monasterium

VISITACIO EXERCITA IN DOMO CAPITULARI IBIDEM VJ^to^ DIE SEPTEMBRIS ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO XXX^mo^ PER DOMIMUM CANCELLARIUM.

Facto per Abbatissam certificatorio sic[1] scriptis ac facta exhortatione salubri et declaratis per cancellarium articulis visitacionis comparuerunt ibidem moniales subscripte videlicet.

Domina Clementissa[2] Stokkes abbatissa
Domina Mauld Ingleton priorissa
Domina Jsabella Welshe subpriorissa
Domina Margareta Marys sacrista
Domina Alicia Bemys
Domina Margareta Stoke
Domina Emma Smyth
Domina Gracia Smyth
Domina Anna Smyth
Domina Elisabeth Heyward
Domina Mergareta Bodye

Quibus sic comparentibus dominus cancellarius . . . . quibusdam munimentis per Abbatissam exhibitis ad exam[inacionem moni]alium processit ac ipsos[3] omnes examinauit que detegerunt vt sequitur.

Abbatissa . Dicit omnia bene.

Priorissa . Dicit omnia bene esse.

Subpriorissa . Dicit omnia in monasterio satis bene se habere.

Marys . Dicit quod nichill nouit in monasterio reform[andum] . . . . abbatissa bene intendit . . . . q . . . prepar . . . . . .[4] ecclesiam ibidem proximo mense Marcij reparare.

Bemys . Dicit omnia bene.

[fo. 122*d.*]

Stoke . Dicit omnia bene et quod abbatissa est in reparando angulum quemdam ecclesie.

[Smyth] . Dicit quod angulus quidam ecclesie et refectorium sunt

[1] *Sic :* for *in.*

[2] *Sic :* for *Clementia.* At the dissolution Clemence Stoke was still abbess. Elizabeth (Isabel) Welsh appears to have been prioress. Of the others Maud Ingleton, Margaret Marys, Alice Bemys and Anne Smyth do not appear in the list ; the remaining five names are there, but there are only two new names in place of the four missing (*L. & P. Hen. VIII,* XIV (i), p. 602).

[3] *Sic :* for *ipsas.*

[4] Supply *meremiumque preparauit et tegulos* or some equivalent phrase.

vere . . . . et aliqualiter defectiua . sed tamen domina abbatissa [intendit] reparare proxima estate et preparauit meremium tegul[osque] pro huiusmodi reparacione necessaria.

[Smyth] . Dicit omnia bene et dicit quod ostium claustri est ser[atum] preterquam temporibus missarum quibus temp[oribus] finita missa rursus per ipsam seratur.

[Qua quidem examinacione sic facta] dominus cancellarius iniunxit domine [abbatisse quod] repararet angulum ecclesie et alia edificia [quamcitius] quantum poterit commode et quod . . . . . citra vltimum diem M[arcii] proximum et de . . . . . perse . . . . . iuxta posse suum.
. . . . . ac regulares obseruancias . . . . . vsitatum.

[Et hijs iniunccionibus] factis dominus visitacionem [suam] dissoluit.

XVI

DORCHESTER ABBEY

1. A. fo. 96.

2. L. fo. 153.

1

VISITACIO MONASTERIJ DE DORCHESTRE ORDINIS SANCTI AUGUSTINI LINCOLNIENSIS DIOCESEOS EXERCITA IN DOMO CAPITULARI IBIDEM DIE JOUIS XVIIJ° JUNIJ ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO XVIJ° PER MAGISTRUM EDMUNDUM HORDE , DECRETORUM DOCTOREM , DOMINI WILLELMI ATWATER EPISCOPI LINCOLNIENSIS AD HOC COMMISSARIUM.

Fiat iniunctio ne canonici ibidem frequentant[1] villam sine licencia abbatis si presens fuerit / alioquin prioris / sed custodiant septa monasterij . Eodem die dominus iniunxit ut supra.

Canonici ibidem dicunt quod dormitorium ibi patitur ruinam.

2

Dorchestre

xix^no^ die mensis Septembris anno predicto[2] coram antedicto reuerendo patre iudicialiter sedente comparuerunt canonici subscripti videlicet

[1] *Sic :* for *frequentent.*
[2] I.e. 1530.

Dominus[1] abbas
Dominus Robertus Ellys
Dominus Willelmus Goldyngton
Dominus Thomas Pyuer
Dominus Johannes Clyfton
Dominus Johannes . . . .
Dominus Hugo London
Dominus Thomas Wytney
Willelmus Perche nouicius
Georgius Harte nouicius

Jn le zenes[2] canonici ambulant in villam de Dorchestre et alias villas adiacentes.

Canonici non surgunt debite ad matutinas et prior est negligens in surgendo ad matutinas , ac eo pretextu ceteri canonici sunt negligenciores et raro omnes veniunt ad matutinas exceptis festis duplicibus.

Prior non legit regulam sancti Augustini bis in septimana iuxta antiquam consuetudinem nec vnquam legit ex quo venit ad monasterium.

Prior diffamatur cum quadam muliere que moratur infra medietatem vnius milliarij . . . . que accessit ad monasterium istud die Veneris ad quindenam circiter horam [nonam] vel decimam , quam idem prior ducebat in cellam suam infra dormitorium et . . . dimisit , et descendit a dormitorio ac celebrauit sine . . . [m]issam , et post prandium . . . asportabat sibi panem et potum , ac iterum ad horam quartam post meridiem . . . . . Ipse *deponens*[3] certificatus de ea re per vnum ex fratribus vocauit peremptorie omnes canonicos ad [domum] capitularem , et post alia verba dixit eidem priori Ytt is shewan me ye haue . . . . . in your chambre , et ipse primo negauit ac demum confitebatur.

Dominus Thomas Pyuer est suspectus de incontinencia cum Jo[hanna] Martyn [de] Warborowe.

Dominus Thomas Wytney est elate mentis , et vagatur diuersis vicibus.

Est via publica . . . . . .[4] vsurpata a molendinis per claustrum . . . . . per finem ecclesie , per quam canonici pluries exeunt.

Dormitorium , claustrum , firmaria , et tenementa in[fra villam ind[igent] reparacione.

[1] The abbot was Roger Smith, elected in 1513. He resigned in 1533 and was succeeded by the last abbot, John March (*VCH Oxon* II, 90).
[2] I.e. *seynies*. See p. 85 above, note 5.
[3] This deposition was evidently made by the abbot.
[4] A word which appears to be *solem*'.

Dominus Willelmus Golding prior est nimis elatus et app . . . . . camera sua infra dormitorium que veniebat ad . . . . . abductam a dormitorio . . . .

Dominus Thomas Wytney est infamatus de incontinencia . . . . . inter . . . . . sue negligen . . . . . .

[fo. 153*d*.]

Regula sancti Augustini legitur in sermone vulgari semel in anno et quolibet sabbato in sermone latino , in refectorio.

Canonici non veniunt nocturnatim ad matutinas set sunt adeo negligentes ut quandoque sunt duo tantum presentes in matutinis.

Dominus Thomas Wytney non fuit nisi ter ad matutinas a festo sancti Laurencij ad annum , set vigilat interdum in nocte usque ad horas decimam vel vndecimam et surgit mane circiter horam terciam vel quartam , aliquando infra dormitorium et aliquando extra.

Idem dominus Thomas Wytney non obseruat diuina officia , nec fuit ad completorium neque ad collationem[1] vltra sex tempora per quartam partem anni.

Canonici post completorium non ingrediuntur insimul dormitorium nec simul exeunt in aurora.

Dominus Thomas Wytney perhendinauit in villa de Dorchestre in domo Thome Wild fratris sui die dominica post festum reliquiarum et abhirc usque ad aduincula sancti Petri[2] . Et est indoctus , verbosus , et nimium iurans ac ter aut quater *paratus fuit ad pu*[*gnandum*][2] cum priore ex quo accessit ad illud monasterium.

Non obseruant regulam in refectorio set soli exiunt refectorium quum velint temporibus refectiorum.

Dominus Thomas Wytney quottidie vagatur ad venandum , piscandum , et alibi absque licencia.

M[ulier]es habent recursum per claustrum singulis horis diei , et ingrediuntur per [ecclesi]am , cuius hostia non sunt clausa.

Hostia claustri stant aperta per totam noctem.

Iniuncciones[3] visitatoris iam dudum facte non obseruantur neque declarantur inter fratres , nec habent in manibus , set remanent in secreta custodia abbatis , et ideo canonici non cognoscunt easdem.

Filia vxoris[4] Wilde pluries accessit ad dominum Thomam Wytney [in] dormitorium tempore infirmitatis eiusdem domini Thome.

[1] See glossary, *Vis. of Relig. Houses* I, 227.
[2] Interlined above *pugna* cancelled.
[3] *domini episcopi* cancelled.
[4] Christian name left blank : probably *Thome*, as before.

. . . etur quod dominus Thomas Pyuer est familiaris cum quadam muliercula [manente apud] Warborowe.

[Canonici] sunt negligentes in diuinis officijs.

[Dominus] Thomas Wyld[1] , dominus Hugo London[2] sunt multocies negligentes et [non] veniunt ad matutinas.

[Clericus] non pulsat ad matutinas debitis et congnis horis et igitur matutine [plerum]que negliguntur . Idem clericus [est] iuuenis non habens [discr]etio[nem] sufficientem in hac parte . . . . am aliquam . . . . . .

[fo. 154.]

Dominus Johannes Willys presbiter secularis et male fame obdormiuit in dormitorio cum Georgio Hart novitio et in eodem lecto , et est suspectus ille sacerdos de et super felonia . Ac diuerse res monasterij sublate fuerunt furtiue ex quo ipse habuit accessum ad monasterium , et suspectus est de eijsdem.[3]

Cerimonie et silentium minus diligenter obseruantur.

[Ca][4] Canonici insimul non ingrediuntur dormitorium , set quidam ambulant circa claustrum et cameram abbatis ac alibi circa monasterium et sero veniunt ad cellas suas.

Hostia claustri non habent seras nec *omnes*[5] obserantur temporibus nocturnis.

[R.] Regule *sancti* Augustini non exponuntur in sermone vulgari.

Non habent instructorem grammatices nec diu habuerunt.

[M.] Mulier quedam reperta erat descendens a dormitorio et quidam dixerunt quod erat in camera domini Willelmi Goldington prioris.

[Prior] Dominus Willelmus Goldington habuit mulierem in camera sua die Veneris ad septimanam.

[Pyuer] Fama est quod dominus Thomas Pyuer fuit familiaris cum Johanna Mertyn . . . . . nuperime abducta.

Silentium interdum non seruatur horis consuetis et limitatis.

[*Ca*] Canonici sunt[6] negligentes quandoque in diuinis officijs et precipue in tempore . . . . .

Sunt multocies opprobriosa verba inter canonicos.

[*Prior*] Dominus Goldington prior confisus de beniuolentia visitatoris . . . . . sime offitium abbatis.

[1] I.e. Wytney. [2] *et* cancelled. [3] *Sic.*

[4] This (*Ca*[*nonici*]) and the marginal notes *R*[*egula*], *M*[*ulier*], etc. below are intended to call attention to subjects for injunctions or to the special persons whom they should concern.

[5] Sc. *sere.* [6] *s* cancelled.

Edificia infra monasterium et tenementa infra villam de Dorchestre indigent reparacione.

Cerimonie non seruantur omnibus temporibus.

Hostia ecclesie et claustri stant apertura[1] in tempore [nocturno] exc . . . . . orium.

Audiunt quod dominus Willelmus Goldington habuit [mulierem] in camera sua et [est] suspectus de incontinencia cum eadem.

Dominus Thomas Pyuer eciam notatur de incontinencia cum quadam Johanna Martyn de Warborowe.

[fo. 154*d*.]

Dominus Willelmus Goldington habuit mulierem in camera sua die Veneris ad septimanam[2] ante initium summe misse *et* usque ad horam sextam in nocte , et vidit eandem mulierem sequentem dictum dominum Willelmum Goldington ad dormitorium , et asportantem seruitia ad eandem.

Negliguntur matutine ob defectum boni prioris qui preesset in eijsdem.

Silentium debite non seruatur.

[3] Fama est quod dominus Thomas Pyuer frequentauit consortium Johanne Martyn de Warborowe.

Prior puniuit dominum Thomam Wytney rigorose.

Idem prior detigitur[4] cum quadam muliere que iamdudum venit ex patria sua ad ipsum priorem.

Dormitorium est in decasu.

Matutine non adeo diligenter nec adeo bene seruantur sicut consueuerant obseruari.

Hostia claustri et porte monasterij exteriores sunt adeo aperta in media nocte sicut in meredie dici et raro clauduntur ostia claustralia.

Jocalia monasterij remanent in vestibulo[5] quod est locus nimis periculosus.

Clericus non pulsat ad matutinas horis debitis.

Dormitorium et libri in choro indigent reparacione.

Fama est quod dominus Thomas Pyuer vixit in incontinencia cum Johanna Mertyn de Warborowe.

Dominus Willelmus Goldington habuit mulierem in camera sua ut audiuit a principio misse *et ante* usque ad vesperas.

Prior non exercuit officium suum per quartam partem anni.

[1] *Sic :* for *aperta*. [2] *ab hora* cancelled.
[3] *Dominus Willelmus Fo* cancelled. [4] *Sic*. [5] I.e. the vestry.

Dominus Willelmus prior habuit mulierem in[1] camera sua cum qua est infamatus in patria.

Instructor grammatices post merediem solet inebriari.

[Clericus] est piger et negligens nec pulsat ad matutinas temporibus debitis.

[fo. 155.]

Quibus responsionibus receptis et per dominum capitulariter perlectis et declaratis dominus , salua potestate faciendi iniuncciones ac corrigenda omnia et singula detecta et comperta suprascripta , dissoluit visitacionem suam huiusmodi loco die et anno predictis.

Die vero sequenti declarauit suspensiones subscriptas et iniuncciones dedit etiam subsequentes , reseruata potestate dandi alias cum ei visum fuerit expedire ; et tandem ad humilem peticionem abbatis se submittentis eundem abbatem absoluit a sentencia suspensionis infrascripte ut sequitur.

Imprimis iniungimus abbati huius monasterij quod prouideat ceras et claues sufficientes pro omnibus et singulis hostijs claustri eiusdem monasterij acetiam pro hostijs infra nauem ecclesie parochialis de Dorchestre et chorum ecclesie conuentualis monasterij predicti[2] , et faciat easdem ceras affigi respectiue ostijs predictis citra festum sancti Michaelis Archangeli proxime futurum sub pena excommunicacionis maioris.

Item iniungimus eidem abbati ut citra idem festum tradat et deliberet omnes et singulas claues huiusmodi sacriste monasterij predicti , et quod deinceps permittat easdem remanere continue in custodia eiusdem sacriste sub pena predicta.

Item iniungimus eidem sacriste ut deinceps singulis noctibus a festo Natiuitatis beate Marie Virginis[3] usque ad festum Pasche annuatim omnia et singula ostia claustri predicti obserantur ad horam quintam , ac a festo Pasche usque ad idem festum Natiuitatis ad horam septam[4] . Et quod nullum hostium claustri huiusmodi aperiatur de cetero in aurora ante horam sextam sub pena excommunicacionis maioris.

Item iniungimus antedicto abbati sub pena excommunicacionis maioris ut decetero non permittat plebem *aut*[5] populam iter facere a molendinis [per] claustrum monasterij predicti . . . . ediuerso sed quod introitus per viam vsurpatam ab eis[dem] molendinis per claustrum predictum penitus interdicatur et inhibeatur , ac

[1] *do* cancelled.

[2] The nave of the conventual church was the parish church of Dorchester : for a plan of the church see *Archæol. Journ.*, LXVII, 333.

[3] 8 September.

[4] *Sic :* for *septimam.*

[5] Interlined above *et* cancelled.

itinerantes per illam viam que ducit a molendinis predictis a claustro predicto excludantur.[1]

In Dei nomine Amen . Nos Johannes permissione diuina Lincolniensis episcopus in [hac parte] rite et legitime procedentes te dominum Rogerum[2] abbatem . . . . huius monasterij de Dorchestre nostrarum diocesis et fundacionis propter tuas . . . . . negligentiam et contumaciam et inobedienciam in non exequendo iniuncciones [nostras] alias tibi[3] factas et alias nobis in hac visitacione nostra . . . . [con]fesatas et detectas , negligentem , contumacem et inobedientem [pronunciamus] et in penam negligencie contumacie et inobediencie tuarum . . . . . suspendimus in hijs scriptis.

Similique modo procedentes etc . te dominum Thomam Pyuer propter factum incontinencie tue nobis in eadem visitacione detecte . . . . . donec et quousque te purgaueris de eodem crimine a [celebrac]ione diuinorum suspendimus in hijs scriptis.

[fo. 155*d.*]

Et preterea simili modo rite et legitime procedentes te dominum Willelmum Goldington priorem propter vehementem suspicionem incontinencie tue nobis in eadem visitacione nostra ordinaria detecte te[4] a diuinorum celebracione per quindenam , et ab officio tuo in eodem monasterio suspendimus in hijs scriptis.

Et iniunxit eidem priori et domino Pyuer ut non exirent cepta monasterij quousque licenciati fuerint per eundem.

Et iniunxit domino Willelmo Wild[5] ut per annum continuum a die date presentium non exiret[6] limites monasterij sub pena excommunicacionis et deputauit eundem in inferiorem chori locum ad minus per quatuordecem dies immediate sequentes inhibendo eum a le zenes[7] quousque secum fuerit dispensatum per dominum visitatorem.

In Dei nomine amen . Nos Johannes permissione diuina Lincolniensis episcopus in hac parte rite et legitime procedentes te dominum Rogerum abbatem monasterij de Dorchestre , alias per nos propter tuas negligentiam contumaciam et inobedienciam a celebracione diuinorum legitime suspensum , a sentencia suspensionis huiusmodi ex certis causis nos mouentibus absoluimus et celebracioni diuinorum restituimus in nomine patris et filij et spiritus sancti amen.

[1] Copies of the decrees of suspension mentioned above and of the restitution of the abbot after suspension follow.

[2] Surname left blank.

[3] *pluries* cancelled.

[4] *Sic :* repeated.

[5] *Sic :* for *Thome Wylney.*

[6] Written *exireat* with *a* cancelled.

[7] I.e. *seynies,* as before.

[1] Willelmus a Lee dicit quod Johannes Nooke scolasticus[2] Cantibrigiensis habuit librum de piscacione , de ambulacione invisibili tempore nocturno , ac de videndo in nocte sicut in die , quem dimiserat cum isto deponente , tunc moram faciente apud Denham[3] , et iste deponens mutuabat eundem librum aquebaiulo de Hays[4] in archidiaconatu Myddelsexie , et cum iste ac dictus Johannes Nooke iterum repet[erent] eundem librum ab eodem aquebaiulo vicarius eiusdem ville de Hays [repro]babat[5] eosdem pro custodia eiusdem libri et dixit quod digni era[nt] . . . . ubis , et deinde tradidit eundem librum dicto Johanni Nooke qui . . . . [con]sanguineum A. Purser in villa Cantibrigiensi . Et dicit quod Ricardus . . . mar vidit eundem librum in parrochia de Bray[6] et obtulit xl d. eidem Johanni Nooke pro copia eiusdem libri.

XVII

DUNSTABLE PRIORY

1. A. fo. 147.
2. L. fo. 42.

1

Dunstaple

VISITACIO EXERCITA IBIDEM IN DOMO CAPITULARI XXIIIJ^to^ DIE APRILIS ANNO DOMINI MILLESIMO CCCCC^mo^ XVIIJ^mo^ PER REUERENDUM IN CHRISTO PATREM DOMINUM WILLELMUM DEI GRACIA LINCOLNIENSEM EPISCOPUM ANNO SUE CONSECRACIONIS IIIJ^to^ /

Habent ecclesias appropriatas videlicet Dunstaple / Chalgrave / Stodeham Wedon / Crawley / Rigemonde / Toternhoo[7] /

In prioratu ibidem fundatur cantaria pro anima Nigelli Lorynges / et eciam fundatur ibidem anniuersarium Simonis Reynold[8] / Prior

[1] This interesting entry at the end of the Dorchester visitation may be a memorandum bearing no relation to the apparent context, but added in a space where there was room for it. John Nooke, however, may have been a canon of Dorchester who was studying at Cambridge.

[2] *Scolaris* seems to be meant. [3] In Buckinghamshire.

[4] Hayes, near Uxbridge. The vicar at this date was Henry Gold, 1529–1534. The sinecure rectory, a peculiar of the see of Canterbury, was held (1516–1557) by William Wodam, kinsman of the archbishop and archdeacon of Canterbury (Hennessy, *Nov. Rep.*, p. 209).

[5] This seems to be the reading. The missing words are possibly *reddidit ad suum.*

[6] The book of magic seems to have made the round of the neighbourhood of Uxbridge.

[7] Of the churches named all were in Bedfordshire except Weedon Bec in Northamptonshire. Stodeham=Studham, Crawley=Husborne Crawley, Rigemonde=Ridgmont.

[8] For the Lorings of Chalgrave near Dunstable see *V C H Beds.* III, 346, 348, 349. Of Simon Reynold nothing else seems to be known.

dicit prioratum suum ad alias fundaciones minime teneri preter fundacionem ipsius prioratus / Et tamen tenentur ad ij missas quolibet die celebrandas pro anima Simonis[1] Horncaster /

Dominus prior non facit compotum administracionis sue publicari et notificari fratribus suis . Dominus iniunxit priori quod ipse deinceps annuatim reddet computum sue administracionis et huiusmodi computum publicabit et notificabit fratribus domus . saltem iiij vel u senioribus /

Dominus prior dimittit terras et tenementa prioratus pro annis pluribus absque tractatu prehabito cum fratribus suis in domo capitulari / Iniunctum fuit sibi ne decetero ita faceret sed quod cum voluerit aliqua tenementa ad firmam dimittere sub sigillo communi / haberet tractatum cum fratribus.

In isto prioratu sunt nisi septem persone cum priore inclusiue et tenentur ad septem missas quolibet die celebrandas / Dominus iniunxit priori quod ipse faceret numerum presbiterorum augeri.

Die[2] Martis xxvij^{mo} dictus reuerendus pater in domo capitulari ibidem iudicialiter sedens visitacionem suam dissoluit.

2

Dunstaple

VISITACIO EXERCITA IN DOMO CAPITULARI IBIDEM DIE VENERIS[3] XIIJ^{mo} DIE MENSIS M[AIJ] ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO XXX^{mo} PER DOMINUM CANCELLARIUM.

Facto certificatorio in scriptis per priorem sigillo officij sui sigillato comparue[runt] omnes isti canonici subscripti videlicet.

.Dominus Gervasius Markham prior[4]
.Dominus Robertus Cotton subprior
.Dominus Thomas Welles refectorarius
.Dominus Thomas Claybroke
.Dominus Radulphus Marten celerarius
.Dominus Thomas Ryngsted precentor
.Dominus Ricardus Kent magister noviciorum
.Dominus Georgius Edwardes sacrista
.Dominus Henricus Myller diaconus
.Dominus Edmundus Grene diaconus
Frater Petrus Whippe

[1] *Harecour* cancelled.
[2] *lune* cancelled.
[3] xv cancelled.
[4] The increase in the number of canons since 1518 is noticeable. Markham was still prior at the dissolution, when Claybroke was subprior. By that time Cotton, Welles, Marten, Ryngsted, Myller and Spytwell had disappeared, but there were only three new names (*L. & P.H. VIII*, XIV (2), no. 291).

Frater Thomas Stalworth[1]
Frater Ricardus Bowstrete[2]
Frater Radulphus Spytwell
Frater Augustinus Curtes
Frater Robertus Sumner[3]

Deinde dominus cancellarius articulos visitacionis declarauit et fratres separatim examinauit.

Dominus prior . Dicit omnia bene.

Subprior . Dicit omnia bene et quod prior est vtilis ad[ministrator].

Welles . Dicit priorem esse nimium vtilem monasterio et fratres caritatius [se habere].

Claybroke . Omnia bene.

Ryngsted . Fratres caritatiue se habent et Nichil dignum [reformacionis].

Kent . Dicit[4] omnia bene gubernantur.

Marten[5] . Dicit omnia bene et priorem prouidere vtiliter . . . .

Edwardes . Dicit omnia bene priorem[6] commode administrare.

[fo. 42*d*.]

Grene . Dicit omnia bene.
Whipp . Omnia bene.
Stalforth[7] . Omnia bene.
Bowstrete . Dicit omnia bene.
Spytwell . Dicit omnia bene.
Curtes . Dicit omnia bene.
Sumner . Dicit omnia bene.

[Qua] quidem examinacione sic facta dominus visitacionem suam dissoluit.[8]

XVIII

ELSTOW ABBEY

1. L. fo. 47.

2. L. fo. 50.

VISITACIO MONASTERIJ DE ELNESTOWE EXERCITA PER REUERENDUM IN CHRISTO PATREM ET DOMINUM DOMINUM JOHANNEM PERMISSIONE DIUINA LINCOLNIENSEM EPISCOPUM IN DOMO CAPITULARI EIUSDEM MONASTERIJ XXV^to^ DIE MENSIS AUGUSTI ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO TRICESIMO.

[1] John Stalworth (*L. & P.H. VIII*, u.s.).
[2] Bulstred (*ibid.*).
[3] Somer (*ibid.*).
[4] *quod* omitted.
[5] *Edwardes* cancelled.
[6] *v* cancelled.
[7] *Sic* : for *Stalworth*.
[8] Fo. 43 left blank.

Quo die introducta monicione ac concione facta per eundem reuerendum patrem comparuerunt.

Domina Elizabeth Boyfeld abbatissa[1]
Domina Anna Wake priorissa
Domina Alicia Shelton supprioriss a[2]
Domina Alicia Boyfeld cantrix et sacrista
Domina Anna Preston perluraria[3]
Domina Cecilia Starkey refectoraria
Domina Elena Snowe sub*sacrista*[4]
Domina Katherina Wingate[5]
Domina Dorothea Cumbreford
Domina Elizabeth Napton
Domina Alicia Blakwall
Domina Elizabeth Seynt clere
Domina Katherina Cornewales
Domina Margareta Nicholson
Domina Barbara Grey
Domina Alicia Bolles
Domina Alicia Foster
Domina Elizabeth S[tanesmore]
Domina Amicia . . . .[6]
Domina A[nna Erdes][7]
Elisabeth Waterton absens[8]

integrum conuentum vt asseruere facientes ; quarum dicta et deposiciones subsequuntur.

Domina Elizabeth Boyfeld abbatissa dicit quod priorissa dudum de Lytylmore[9] impignorauit pixidem argenteam domine Agneti Gascoigne vltime abbatisse et iam non inuenitur , nec computus aut scriptura euidencie . *Ista cepit eandem.*[9]

Item vestes antedicte domine Agnetis Gascoigne quas diuisit [inter sorores] vna cum paruo cipho videlicet a maser . [*Divi*]*ditur in*[*ter*] *sorores.*[10]

Dicit preterea quod sigill . . . . . et aliarum sigill[a] . . . acquietanciarum.

[1] The list of nuns at the dissolution (*L. & P.H. VIII*, XIV (2), no. 88) shows little change. Elizabeth Boyfeld or Boyvill was still abbess. Katherine Cornwales had gone, but the rest were still in the convent, and there were three new names.
[2] Called Maud Sheldon afterwards and in *L. & P.H. VIII*, u.s.
[3] I.e. keeper of the parlour, who probably attended to visitors and guests.
[4] Interlined above *centrix* cancelled.
[5] *Domina Alicia Blakewell* cancelled. Wingate is called ' chapellain ' u.s.
[6] There is no Amice or Amy in the pension list u.s.
[7] *et* cancelled. Called *Ardys* u.s.
[8] Called Waltam u.s.
[9] Marginal note.
[10] Marginal note. The full sense of the passage is not clear

[fo. 47*d*.]

Priorissa . Domina Anna Wake priorissa dicit quod habet in custodia sua pixidem priorisse de Lytyl[more] et paruum ciphum videlicet a lytyll maser vltime abbatisse ibidem , et quod ex vol[untate] postrema dicte abbatisse defuncte diuisit vestes suas inter consorores [eiusdem] monasterij.

Subpriorissa . Domina Alicia Shelton suppriorissa dicit quod monasterium indiget reparacione vndiquaque.

Domina Alicia Boyfeld . Domina Alicia Boyfeld dicit quod omnia sunt bene.

Anna Preston . Domina Anna Preston dicit quod omnia sunt bene.

Starkey . Domina Cecilia Starkey dicit quod senescallus non est vtilis monasterio nec indifferens , nec prouidit boues neque oues necessarios pro vsu monasterij temporibus debitis , adeo quod tempore mortis vltime abbatisse nulli fuerunt inuenti in pasturis suis apud Willeshampsted.[1]

Et quod domina Katherina Wingate *capellana abbatisse* non venit ad matutinas per sex annos , et solet cenare in promptuario abbatisse cum senescallo et alijs.[2]

Grysell seruiens siue ancilla abbatisse contraxit nuptias cum fratre prioris de Cawldewell , quare necessarium videtur ut remoueatur a monasterio propter expensas vitandas.[3]

Famuli abbatisse precedunt priorissam et conuentum in processionibus et non abbatissam et conuentum.

Willelmus Smyth de Kempston[4] loquutus est verba obprobriosa contra eandem et alias sorores dicens quod Nother goodman nor good woman take dame Cecill Starkey hir parte.

Dicit preterea quod leuauit de sacro fonte puerum eiusdem Willelmi [abbatissa] et senescalli ac aliorum.

[fo. 48.]

Snowe . Domina Elena Snowe subsacrista dicit quod omnia sunt bene.

Wingate . Domina Katherina Wingate dicit quod omnia sunt bene.

Napton . Domina Elizabeth Napton dicit quod omnia sunt bene.

Comberford . Domina Dorothea Comberford dicit quod omnia sunt bene.

[1] Wilshampstead, south of Elstow.
[2] *Nota* mark in margin.
[3] *Nota* mark in margin.
[4] Kempston is the parish adjoining Elstow on the west.

Domina Blakewall . Domina Alicia Blakewall dicit quod omnia sunt bene.

Pollicita abbatisse de Elnestowe . Eisdem die et loco capitulari coram eodem reuerendo patre Judicialiter sedente domina Elizabeth[1] Boyfeld abbatissa eiusdem monasterij de Elnestowe personaliter constituta *fide media* promisit se stare et obedire in omnibus arbitrio et ordinacionibus eiusdem reuerendi patris de et super expensis et sumptibus litis nuperime ventilate inter ipsam abbatissam et dominam Ceciliam Starkey monialem eiusdem monasterij in nego[tio] eleccionis eiusdem abbatisse et circa illud negotium factis , acetiam de et super assignacione et limitacione annue pensionis eidem domine Starkey[2] per eundem reuerendum patrem , si ei visum fuerit expediens , assignande et limitande : in presentia magistri Johannis Rayne vtriusque iuris doctoris dicti reuerendi patris cancellarij et Johannis F . . . . . notarij.

Quibus sic factis dominus ex certis causis . . . . . [continuauit] visitacionem suam huiusmodi inceptam usque ad [diem sabbati ante festum sancti Thome] apostoli ante festum natiuitatis domini proximum[3] et [ad quemlibet diem iuridicum] citra eundem diem.[4]

[fo. 49.]

Elnestowe continuacio visitacionis

In Dei nomine amen . Decimo septimo die mensis Decembris anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo in domo capitulari religiosarum mulierum de Elnestow ad mandatum reuerendi in christo patris et domini domini Johannis dei gracia Lincolniensis episcopi per suum commissarium Robertum Gostwick in archidioconatu Bedfordie , sua pendente visitacione ordinaria , examinacio facta est tam in capite quam in membris[5] animarum suarum salutem et monasterij sui honorem et commodum modo et forma prout [sequitur].

In primis domina Elizabeth Beafill abbatissa de Elnestow dicit quod omnia sunt bene et omnes sorores sue sunt deuote , religiose et conformabiles.

Domina Anna Wayke priorissa dicit quod omnia sunt bene preter . . . . . patris ac domini iniunccionem videlicet de hospitalium siue familiarum suarum subtractionem[6] . [Cum] [hu]militate exorat vt stent . . . . et maneant earum hospitalia siue familie sicut p[rius] . . . . . .

Domina Matilda Shelton suppriorissa dicit quod omnia sunt bene . Concordat cum humilitate cum domina priorissa.

[1] *gasco* cancelled. [2] *fa* cancelled.
[3] I.e. 17 Dec., 1530. [4] Fo. 48*d* is blank. [5] *ad* or *in* is omitted.
[6] *Sic* : for *subtractione*. *Hospitalia* is here used as an alternative term for *familie*, i.e. the 'households' into which the convent was divided.

Domina Anna Bayfylde cantrix [dicit quod omnia sunt bene] et concordat *cum* priorissa et suppriorissa.

Domina Anna Preston dicit [quod omnia sunt bene et] concordat cum premissis.

Domina Cecilia Starke sacrista [dicit quod omnia sunt bene et] quod si hospitalia siue familie [subtraherentur] quod[1] tunc graue dispendium inde [eueniret] . . . . . Cum obbediencia humiliter supplicat vt maneant sicut prius ab antiquo solebant . . . . . amittere offic . . . . . est propter mortuariorum amicionem.

Domina . . . . .[2] cum summa humilitate exorat quatemus vt . . . .

Domina [Dorothea] Commerford concordat summa humilitate cum premissis.

Domina Elizabetha Napton dicit vt supra *peticione*[3] . . duc . . .
Domina Alicia Blackwall facit cum premissis.
Domina Elizabetha Stane[smo]r concordat cum premissis.
Domina Margeria Preston dicit vt supra.
Domina Katherina Wingate etiam dicit vt supra.
Domina Katherina Cornewallys idem.
Domina Margareta Nicolson dicit vt supra.
Domina Barbara Gray dicit idem.
Domina Alicia Bollwellys[4] dicit vt supra.

[fo. 49*d.*]
Domina Alicia Foster eque roborat idem.
Domina Elizabetha Shengler[5] dicit vt supra.
Domina Anna Erdes dicit idem.
Domina Elizabetha . . . . tacite professa } faciunt cum premissis.
Domina Margareta . . . . . tacite professa } faciunt cum premissis.

Que omnes et singule deuota obediencia summa cordis intencione reuerendum [patrem] supplicant quatenus sua hospitalia siue familie man[eant] sicut ab antiquo . . . . . solebant ad honorem dei ac monasterij . . . . . commodum et earum longeuam vitam atque vt magis deuote omnipot[enti seruiant] in diuinis.

Quibus vt supra peractis prorogat [a per eundem commissarium] est dicti reuerendi patris visitacio prout in sua honorabili commissione [continetur] vsque ad et in decimum diem mensis Julij proxime futurum et quemlibet diem juridicum infra ad [bene] placitum eiusdem reuerendi patris Lincolniensis [episcopi].[6]

[1] *Sic :* repeated.
[2] A name, probably *Elena Snowe*, interlined above something cancelled.
[3] Interlined above a word cancelled.
[4] *Sic.* Elsewhere called Bolles. [5] *Sic :* for *Seynt Clere.*
[6] All the above is in a small handwriting much blurred and almost illegible throughout.

2

Elnestowe

ACTA HABITA IBIDEM IN DOMO CAPITULARI DIE MARTIS XXVIJ^{o} JUNIJ ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO XXXJ^{mo} PER REUERENDUM PATREM LINCOLNIENSEM EPISCOPUM.

Abba*tissa*[1] et priorissa confesse sunt quod domicilia videlicet householdes frequentantur infra monasterium non obstantibus iniunccionibus reuerendi patris Lincolniensis episcopi factis , et quod ostia chori non sunt fabricata iuxta tenorem earundem iniunccionum.

Et subsequenter idem reuerendus pater pronunciauit dictam abbatissam contumacem , negligentem , inobedientem et suas iniuncciones contempsisse et in penam contumacie negligentie , inobedientie et contemptus huiusmodi ipsam ab ingressu ecclesie et ab execucione officij sui ad beneplacitum domini suspendit in scriptis.

Similique modo pronunciauit dominam Annam Wake contumacem, negligentem , inobedientem et iniuncciones suas contempsisse et[2] in penam etc . eandem officio priorisse dicti monasterij pro perpetuo priuauit in scriptis.

Ac dominam Ceciliam Starkey pro consimilibus ab officio sacriste quamdiu eidem reuerendo patri placuerit suspendit in scriptis.

Ac deinde dominam Elenam Snowe in priorissam dicti monasterij nominauit et eandem in priorissam in pleno capitulo tunc et ibidem admisit.

Et monuit abbatissam , et eandem priorissam , ac omnes moniales in domo capitulari[3] presentes quod hac septimana finita amplius in eodem momasterio domicilia[4] non foueant contra iniuncciones suas , sub pena excommunicacionis maioris.

Subsequenterque idem reuerendus pater dictam abbatissam a sentencia suspensionis ab ingressu ecclesie predicte absoluit ut sequitur.

[fo. 50*d*.]

In Dei nomine amen Nos [Johannes permis]sione [diuina Lincolniensis episcopus in hac parte rite et legitime] proceden[tes] te dominam Elizabetham Boyfeld , huius monasterij abbatissam , a sententia suspensionis ab ingressu ecclesie contra te pro contumacia negligentia et inobedientia ac contemptu tuis per nos

[1] Altered from *abbas*.
[2] A mark cancelled.
[3] Altered from *capitulares*.
[4] Altered from *domicelia*.

lata te absoluimus et sacramentis ecclesie te restituimus in hijs scriptis in nomine patris et filij etc.[1]

[fo. 51.]

Primo die mensis Julij anno domini millesimo quingentesimo tricesimo primo in domo capitulari monasterij de Elnestowe coram domino vicario generali comparuerunt moniales subscripte . et examinate dicunt vt sequitur . Quibus omnibus et singulis dominus primo declarauit quod reuerendus pater episcopus Lincolniensis ex certis causis remouebat antiquam priorissam dominam Wayke et nominauit in loco capitulari ac deputauit dominam Snawe in priorissam ibidem ; quod omnes et singuli[2] fatebantur . deinde respondebant ut sequitur.

Domina *Matildis*[3] Shelton subpriorissa examinata quare exiuit capitulum die Mercurij vltimo preterito[4] contra mandatum abbatisse dicit quod exiuit pro causa necessaria corporis sui [et] quod nesciebat recessum aliarum monialium et causam . . . . eiusdem priusquam videbat easdem in dormitorio.

Domina Margareta Nicolson interrogata an recessit de domo capitulari , fatetur quod recessit because she wold not consent that my lady Snawe shulde be prioress . et dicit that ther was none that ded[5] councell hir to goo . [Also] she sais that my lady abbes ded commaunde them [to] tary (that notwithstandyng) they went forth . . . . nouys folowynge , the Subpriores , domina Cecilia Sterkey , domina Anna Priston , domina Alicia Blackwall , domina Margeria Pryston[6] , domina Barbara Gray , domina Alicia Bowlis , domina Alicia Foster , et domina Elizabethe Synkeler.

[fo. 51*d.*]

Domina Barbera Gray interrogata yf she ded aske licence of my lady abbes to wryte letters to hir frendes . she sais that she ded aske lycens to wryte to hir frendes , and my Lady abbes saide , yf ye showe me what ye wryte I am content , and she saide agene , J haue done my devoi[r] to aske licence , and yf ye wyll nedes see itt I wyll wryte no letters.

Interrogata an recessit de domo capitulari . fatetur . that yf it wer to doo agene she wolde soo doo . And thofe [my lor]de ded commaunde my lady Snawe to be priores , she sais that she cannot fynde in hir hert to obbey hir as priores , and that she wyll rather goo out of the howse (by my lordes licence) or she wyll obbey her . She sais that ther was none ded councell hir [to] goo forthe of the Chapitor howse, and that she wyll neuer obbey hir as priores ,

[1] The sentence of suspension, here revoked, is given below, p. 133.
[2] *Sic.*
[3] Interlined above *Alicia* cancelled.
[4] I.e. 14 Dec.
[5] *Sic :* for *did.*
[6] Margery Preston is not mentioned in the list of nuns.

for hir hert cannot serue hir. But sayde she wyll shewe noo cause att thys tyme wherfor she cannot love hir, saynge that the priores makes euery faute a dedly syne , and . . . gys euery one of them yll excepte hir selfe, and [if she] doo take an oppynyon she wyll kepe itt [whether] itt be ryght or weronge.[1]

Marg*eria*[2] Preston interrogata an recessit de domo capitulari dicit quod recessit with other of hir susters , and she says that she went forthe of the Chapter howse because the priores was put forthe of hir offes , and[3] for noo males that she beris to my lady Snawe and[4] [fo. 52] and she sais that she ys well content to obbey my lady Snawe as priores . And she desiers my lord to be good lord to the olde priores because of hir aige.

Domina Cecillia Sterkey interrogata an recessit de domo capitulari dicit that she went forthe of the Chaptor howse , but she sais she gave noo occacion to eny of hir susters to goe forthe . And says she knewe not howe many of hir susters went forthe whyls[5] she come intoo the dorter , saynge that she cannot fynde in hir hert nor wyll not acepte and take my lady Snawe as priores.

Domina Alicia Foster interrogata an recessit de domo capitulari dicit quod recessit . and sais that they war commandid by the abbes to tare styll . But she and other went forth because the olde priores was put done[6] wrongfully . and my lady Snawe put in agenst ther wylles , saynge that she wyll neuer agre to hir as long as she livys . She says the subpriores went forthe of the Chapitor howse fyrst , and then she and other folowyde.

Domina Alicia Bowlis interrogata yf she ded aske lycence of the abbes to wryte , she sais she ded aske licens to wryte , and my lady abbes seyde , My lord hathe gevyn vs soo strate commaundement that none shuld wryte without ye shewe it to me what ye doo wryte / And she sais she mayde avnswer agene to thabbes , It hathe not bene soo in tymis past and I haue done my dewty . J wyll not wryte nowe at this tyme / Jnterrogata an recessit [fo. 52*d*] de domo capitulari / fatetur quod recessit , but she says that nobody ded moue hyr to goo forthe / She says that she must nedes nowe obbey the priores at my lordes commaundement , saynge that my lady Snawe ys not mete for that offes , butt she wolde shewe noo cause wherfor.

Domina Anna Preston dicit that she wyll neuer agre to my lady Snawe to be priores . and that she and other went out of the Chapitor howse be cause she wolde not agre nor consent to haue hir *to be*[7] priores . and she wyll neuer take hir as priores as longe as[8] the olde priores levys . She sais that the subpriores went forthe

[1] *Sic.* [2] Altered from *Margareta.* [3] *not* cancelled.
[4] *Sic.* [5] I.e. *until.* [6] I.e. *down.*
[7] Interlined with caret above *as* cancelled. [8] *she* cancelled.

of the Chaptor howse fyrst and they all that went forthe ded folowe hir.

Domina Elizabeth Synclere dicit quod[1] exiuit Capitulum because my lady Snawe was mayde priores agenst ther [will and] tholde priores vnlawfully putt out / And says she wyll neuer take my lady Snawe as priores soo longe as the other levys , saynge that she wyll take tholde priores as priores as longe as she levys and no other / And she says yf my lord commaunde vs to take my lady Snawe to be priores she had lever goo forthe of the howse to sum other place and wyll not[2] tare ther.

Domina Anna Erdes dicit that my lord ded not commaunde vs to take my lady Snawe as priores / but he said , Yf ye wyll not take hir as prires / I wyll make hir priores my selfe / She sais she was one of them that went forthe [fo. 53] of the Chaptor howse . because my lady Snawe is not abull to be priores , seynge that they war wont to have the priores chosyn by the abbes and the conuent and not by my lord after seynte Bennetes rule , and that she wyll take my lady Snawe as priores as other wyll doo and noo othervays /

Domina Alicia Blackewall dicit that she was one of them that went forthe of the Chaptor howse , because the olde priores was put out of hir offes / for she sais after ther custom and ther rule of seynte Bennet the priores shulde have bene electe by the abbes and the conuent and not by my lord.

Domina Katherina Cornewellys dicit that she was goyng forthe of the Chapitor howse with other of hir susters , and then when she herde my lady abbes commaunde them to tary , she ded tary behynde ; but she sais that she thynkes that none of the oder susters that went forthe ded here hyr but onely she / And she is sory that tholde priores ys put out of hir offes / She says that my lady Abbes ded tare styll and domina Alicia Boyfelde , domina[3] Snawe , domina Katherina Wyngayte , domina Dorethea Commarforthe , domina Elizabethe Nepton et domina Elizabeth Stanysmore.

Domina Abbatissa dicit that on seynte pet[er's day at] matens accordyng to the costom of the ho[use] . . .[4] my lady Bowlis and other to stande . . . . . [fo. 53*d*] and went out of hir stall to byde them soo doo . And lady Bowlis ded make hir awnswer agene that ye haue mayde hir priores that mayde yov abbes / brekyng hir silence ther . Dicta Bowlis fatetur quod sic dixit. /

Deinde dominus . cancellarius post merediem fecit vocari in dicto[5] domo capitulari omnes et singulas moneales dicte domus ; quibus ibidem comparentibus iniunxit penitenciam sequentem dictis Barbare Gray et Alicie[6] Bowlis propter earundem inobbedienciam.

[1] *exsiu* cancelled. [2] *take hir* altered and cancelled. [3] *A* cancelled.
[4] *th* cancelled. [5] *Sic :* for *dicta*. [6] *P* cancelled.

In primis that they shulde boothe kepe sylence as sylence awght to be kepyde by the religion.

Item he commaunde[1] them boothe that nother of them shulde cum within the howse calde the Misericorde[1] , and that they shulde haue ther refections in the frater and in noo other place.

Item that nother of them shulde wryte eny letters to [eny] person or persons nor cause to be wrytten whyls they [wait] my lordes forder pleasor / Et mandauit vtreque[2] [earund]em sub pena excommunicationis obseruare dictas Jniunctio[nes et agere p]enitenciam donec et quousque reuerendus pater [episcopus Linc]olniensis easdem iniunctiones relaxauerit /

[. . . . eod]em modo *et* sub eadem pena he commaunded the sayde ij ladys . . . . . west and to kepe the lawest place of all ther susters . . . . . qwere , processions , and in other placys.

[fo. 54.]

. . . . . Jniunccit[3] domine abbatisse vt faceret dictas iniunctiones fideliter obseruari.

Deinde dominus monuit omnes et singulas moneales vt decetero sint obbedientes domine abbatisse et eciam domine priorisse nuper electe per dictum reuerendum patrem episcopum Lincolniensem / Quibus omnibus et singulis sic gestis , dictus dominus vicarius generalis ex certis causis vt asseruit continuauit visitacionem dicti reuerendi patris pendentem vsque in vigeliam Omnium Sanctorum proxime sequentem[4] et ad quamlibet diem citra.

xx^mo^ Julij anno predicto in domo capitulari monasterij predicti antedictus reuerendus pater iudicialiter sedens admonuit omnes et singulas moniales eiusdem monasterij adtunc presentes ipsis que omnibus et singulis sub pena excommunicacionis iniunxit ut decetero acceptarent antedictam dominam Elenam Snowe in priorissam monasterij predicti eidem que obedinent iuxta regulas sancti Benedicti et quemadmodum suis predecessoribus obedientes fuerunt.

[fo. 54d.] Blank.

[fo. 55.]

In Dei nomine amen . Nos Johannes permissione diuina Lincolniensis episcopus in hac parte rite et legitime procedentes te dominam Elizabeth Boyfeld huius monasterij abbatissam propter culpam et negligentiam [tu]am in non exequendo et obseruando iniunctiones nostras legitimas[5] tibi in hac parte per nos auctoritate nostra ordinaria legitime factas et penes te remanentes pronunciamus te[6] contumacem negligentem et inobedientem [et]

[1] *Sic.*
[2] *Sic :* for *vtrique.*
[3] *Sic :* for *iniunxit.*
[4] 31 October.
[5] *v* cancelled.
[6] *Sic :* repeated.

huiusmodi iniuncciones nostras expresse cotempnentem[1] , et in penam contumacie negligentie[2] inobedientie et contemptus tuorum te ab ingressu ecclesie ac ab execucione officij tui in eodem monasterio ad nostrum beneplacitum et q[uamdiu] nobis placuerit suspendimus in hijs scriptis.

Similique modo procedentes te dominam Annam Wake , priorissam huiusmodi monasterij pretensam , propter culpam et negligentiam tuas in non exequendo et obseruando iniuncciones nostras legitimas auctoritate nostra ordinaria tibi in hac parte factas pronunciamus contumacem , negligentem et inobedientem ac h[uiusmodi] iniuncciones nostras expresse contempsisse ; et [in penam] contumacie , negligentie , inobedientie et con[temptus] tuorum huiusmodi , te officio priorisse in dicto monasterio pro perpetuo[3] priuamus[4] in hijs scriptis.

[fo. 55*d*.]

Similique modo procedentes te dominam Ceciliam Starkey sacristam huius monasterij propter culpam[5] necligentiam et contemptum tuos in non obseruando iniuncciones nostras legitimas in hac parte factas , set contra easdem domicilium infra monasterium predictum temere *fouisse*[6] pronunciamus contumacem , negligentem , inobedientem , et iniuncciones nostras legitimas huiusmodi contempnentem , et in penam huiusmodi contumacie , negligentie , inobedientie et contemptus te ab officio sacriste in eodem monasterio quamdiu nobis placuerit suspendimus in hijs scriptis.

Octauo Julij anno domini millesimo quingentesimo xxx^mo^ dominus iniunxit domine Alicie[7] Comberford moniali de Elenestowe pro violatione [silen]cij in choro et verbositate sua nimis coram eodem ac [iniunc]cionibus quas in eadem percepit[8] quod peteret veniam a singulis [soror]ibus suis . Qua petita iniunxit eidem quod singulis sextis ferijs [ieiun]aret in pane et potu tantum nisi infirmitas impedierit sub pena . . . . . et Juris , ac quod deinceps obseruaret silentium iuxta regulas . . . . . et laudabiles consuetudines monasterij , nec exeat ecclesiam [claustrum re]fectorium domum capitularem et dormitorium.

[Iniunxit] omnibus monialibus presentibus quod reformarent . . . . .[9] super capita earundem citra confirmacionem future [abbatisse] eiusdem monasterij secundum certam formam eis specificatam.

[1] *Sic.* [2] *&* cancelled.
[3] Written imperpetuo : *im* cancelled. [4] *&* cancelled.
[5] *et* cancelled. [6] Interlined above the same word cancelled.
[7] *Sic* : for *Dorothee.* [8] *Sic* : for *precepit.*
[9] Some kind of head-dress then fashionable in the monastery is meant.

XIX

ETON COLLEGE

1. A, fo. 41.
2. L. fo. 64.

1

Eton collegium

VISITACIO EXERCITA IBIDEM IN ECCLESIA COLLEGIATA DIE LUNE XXIIJ^cio^ MAII ANNO 1519no PER REUERENDUM IN CHRISTO PATREM DOMINUM WILLELMUM ATWATER DEI GRACIA LINCOLNIENSEM EPISCOPUM.

Prouideatur quod vestimenta pro diebus ferialibus preparata sint et conseruentur munda et integra non lacerata /

Fiant reformationes ne pueri schole grammaticales deinceps vtantur soltularibus[1] superius nimium apertis aut circumcisis.

Prouideatur quod sint pluries[2] clerici[3] psallentes antiphonam beate Marie singulis diebus post vesperas[4] . Sunt aliquando ibidem iij et iiij dumtaxat presentes aliis interim ludentibus.

Memorandum . pro numero choristarum.

2

[Eton]

DIE LUNE XVIJ^o^ OCTOBRIS ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO [XXX^mo^ CORAM MAGISTRO] HENRICO MORGAN LEGUM DOCTORE

[1] *Sic :* for *sotularibus.* [2] *Sic :* for *plures.* [3] *ph* cancelled.

[4] The usual custom in collegiate churches at the end of the day. Cf. the statutes of the college of chantry priests at Sibthorpe, Notts., 1342–43 (York Reg. Zouche, fo. 102d) : Completorio vero diei et de beata Maria expletis, ut cursus diei fine laudabili concludatur , volumus quod singulis diebus post hoc maiori campana ter tinniente solempniter cantetur ab omnibus in dicta capella b. M. genuflexis hec antiphona *Mater ora filium* . Postea premisso dicto versiculo de b. M. et b. Anna, viz. Ave Maria ut supra , dicatur hec oracio per ebdomadarium se superius erigentem : Deus qui sine materno dolore de matre tua dulcissima in lucem prodiens castitatis eius illesa signacula custodisti , da nobis famulis tuis per intercessionem matris tue gloriose mundiciam mentis et corporis et huius loci deuocionem ampliorem , ut ad laudem matris crescat hic filii gloria et nos agnum sequentes sine macula te filium cum matre tua leti videamus in patria per Christum dominum nostrum amen . The directions in the statutes of the college of Cotterstock, Northants, confirmed 16 Jan. 1343–44 (Lincoln Reg. VI, fo. 61d), are similar : inmediate post completorium singulis diebus campana primitus ter tinniente cantetur ab ipsis omnibus in choro primitus genuflexis hec antiphona *Mater ora filium* , preterquam in paschali tempore , tunc enim cantetur antiphona *Regina celi letare* illius loco . Postea premisso aliquo versiculo de b. M. dicatur hec oracio de ipsa per ebdomodarium se superius erigentem : Deus [etc. as before] . . . dulcissima et virgine Maria . . . . gloria iam incepta et nos . . . . patria qui uiuis et regnas , uel oracio *Graciam tuam quesumus domine* uel alia aliqua oracio conueniens. Cf. also the directions in the statutes of the college of Fotheringhay for the recitation of *Salve regina* nightly at 7 p.m. The Founder's statute for Eton (30) is summarised by Maxwell-Lyte, *Hist. Eton Coll.*, 4th ed., 1911, p. 584.

COMMISSARIO REUERENDI P[ATRIS . . .] IN CANCELLO ECCLESIE COLLEGIATE DE ETON IUDICIALITER SEDENTE ET [DICTUM] COLLEGIUM AUCTORITATE ET MANDATO DICTI REUERENDI PATRIS VISITANTE COMPARUERUNT SUBSCRIPTE.[1]

Magister Rogerus Lupton prepositus[2] dicit quod omnia sunt bene.

SOCIJ

Magister Thomas Mawnfeld[3] dicit quod omnia sunt bene.

Magister Simon Benyson[4] dicit quod omnia sunt bene.

Magister Bartholomeus Michell[5] dicit quod omnia sunt bene.

Magister Thomas Hunton[6] dicit quod prepositus . . . . sedet in . . . . aula , cuius pretextu scolastici impediun[tur] . . . . . s et studio . . . . . maioribus grauatur expensis.

Dicit etiam quod Johannes Buttler prouisor vill . . . . . s emit esculenta[7] collegij absque societate et . . . . . loc . . princip . . . . . et est aliquantis per suspectus quod non est vtilis collegio.

. . . . . etiam frequenter . . . . . in villa.

[fo. 64*d*.]

Magister Oliuerus Stonyng[8] dicit quod pincerna est negligens et inutilis mittendo seruitiam[9] in villam.

Esculenta minus sufficienter multocies preparantur negligencia cocorum.

Pincerna ministrat seruitiam in ollis et vasis immundis et sordidis.

Officiarius[10] semel in mense mutat libros quos legit suis discipulis

[1] *Sic :* for *subscripti*.

[2] Fellow of Eton coll. 16 Feb., provost 27 Feb., 1502–3. B. Can. Law, Camb. and rector of Harlton, co. Camb., 1483. Canon of Windsor 24 Nov., 1500 ; prebendary of Centum Solidorum in Lincoln 18 Sept., 1525, and of Caistor 17 July, 1528 ; d. 25 Feb., 1539–40, buried in his chantry chapel at Eton. Founder of Sedbergh school and benefactor of St. John's coll., Camb. See Cooper, *Ath. Cant.* I, 71, 72 ; Le Neve II, 127, 130, III, 390).

[3] Fellow of Oriel coll., Oxon., 1513–1522, of Eton coll. 7 Dec., 1521 ; B.A. Oxon., 1512–13 ; M.A. Camb. by incorporation 1516 ; B.D. 1526. See Foster, *Alumni Oxon.*, 1500–1714, s.v. Manfield.

[4] Fellow of Magdalen coll., Oxon., 1516, of Eton coll. 1524 ; B.A. 1513–14 ; M.A. 1518 ; B.D. 1534 ; sacrist and chantry priest of Wimborne minster in 1535. See *ibid.* s.v. Benson.

[5] Fellow of Exeter coll., Oxon., 1520–1527, of Eton coll. 11 Jan., 1526–7 ; M.A. 1521 ; B.D. 1533 ; rector of Ludgvan, Cornwall. Foster, *op. cit.*

[6] Fellow of New coll. 1516–1524, of Eton coll, 1529 (Foster says 'perhaps'), B.A. 1521 ; M.A. 1525 Foster, *op. cit.*

[7] Part of a word cancelled.

[8] B.A. Oxon., 1513–14, M.A. 1517 ; B.D. (Stonne) 1534 ; fellow of Eton coll. 1530 ; canon of Lichfield 1546, depr. 1554. Foster, *op. cit.* gives a list of his parochial benefices, none of which he seems to have held at this date.

[9] I.e. *ceruisiam.*

[10] Interlined above *Pedagogus* cancelled.

et sic scolastici non perfecte legunt neque plenarie aliquem librum seu authorum[1] in preiuditium eorundem.

Festum Nominis Jhesu et Transfiguratio non seruantur in collegio Nec habent aliquod seruitium de eisdem infra collegium , Nec habent aliquam commemoracionem sancti Hugonis.[2]

Capellani.

Dominus Willelmus Dent capellanus dicit quod omnia bene disponuntur.

Dominus Rogerus Lutt dicit quod omnia sunt bene.

Dominus Johannes Kytchyn capellanus dicit quod non habent seruitium de Nomine Jhesu neque de Transfiguracione ob defectum librorum.

Dominus Alexander Philipe dicit quod omnia sunt bene.

Dominus Willelmus Tubman dicit quod omnia sunt bene.

Dominus Willelmus Straunton dicit quod omnia sunt bene.

Dominus [Tho]mas Cawde dicit quod omnia sunt bene.

Dominus [Jo]hannes Bellingfeld dicit quod omnia sunt bene.

fo. 65.

Magister Ricardus Cox informator scolasticorum[3] dicit quod pueri . . . . . mittuntur in villam ad expensas et onera parentum suorum.

Item quod panes puerorum sunt valde parui videlicet ther loves , et quod . . . . tenuissimum et insalubre . . . pluribus vicibus.

Pueri diu sedent in refeccionibus.

Magister Edmundus Johnson ostiarius dicit quod omnia sunt bene.

[1] *Sic*, possibly for *authorem*. But the genitive plural may have been intended, 'any one of the authors.'

[2] Of these two feasts, observed on two successive days, that of the name of Jesus (7 August) seems to have received special attention in England and to have been kept as a greater double with an octave in the later years of the 15th cent. The Sarum Pie in 1495 notes it as *novum festum cum octavis et cum regimine chori* (*Direct. Sacerd.* [Hen. Bradshaw Soc.] II, 600, 659 etc.), and to this period belong such dedications as those of Jesus college at Rotherham and at Cambridge. The popularity of the feast of the Transfiguration (6 August) was greatly increased by the order of Calixtus III (see *Cal. Papal Letters* XI, 58*n*.) for its universal observance in memory of the victory of John of Hunyad over the Turks at Belgrade, 6 Aug., 1456. For the *novum festum Nominis Jhesu*, cf. below, p. 189. This, however, was not observed outside England : the early history of the feast is somewhat obscure, and the Roman festival was instituted on 14 Jan. by Clement VII in 1530 at the request of the Franciscans, and approved by Paul III (*Miss. Rom.* [Hen. Bradshaw Soc.] II, 336, 337).

[3] *q* cancelled. Richard Cox was fellow of King's coll., Camb., 1519, incorp. B.A. Oxon., 1525 ; M.A. 1525–6 ; incorp. D.D. 1545 ; canon of Cardinal coll. 1525 ; dean of Oseney 1543–1546, of Ch. Ch., Oxon., 1546–1553 ; archdeacon of Ely 1540, preb. Ely 1541 ; preb. of Sutton Bucks in Lincoln 1542–1547 ; dean of Westminster 1549–1553 ; bishop of Norwich 1559, of Ely 1559 ; died 22 July, 1581. Other details, with authorities, are given by Foster, *op. cit.* s.v. Coxe.

Ac die et loco predictis idem commissarius premissis[1] public[atis] dissoluit huiusmodi visitacionem huiusmodi[2] reseruando potestatem . . . . . reuerendo patri Lincolniensi episcopo transmittendi iniunciones et reformandi [omnia] et singula premissa etc.[3]

XX

EYNSHAM ABBEY

1. A. fo. 91.

2. A. fo. 123.

VISITACIO MONASTERIJ BEATE MARIE VIRGINIS DE EYNESHAM ORDINIS SANCTI BENEDICTI LINCOLNIENSIS DIOCESEOS EXERCITA IBIDEM DIE MERCURIJ VIGILIA CORPORIS CHRISTI X^mo^ VIDELICET DIE JUNIJ ANNO DOMINI M^o^CCCC^mo^XVIJ^mo^ PER MAGISTRUM RICARDUM ROSTON DOMINI WILLELMI ATTWATER LINCOLNIENSIS EPISCOPI CANCELLARIUM.

Monachi monasterij diebus quibus[4] comedunt in refectorio deberent abstinere ab esu carnium ex institucione diui Benedicti / et tamen monachi commedentes in refectorio commedunt carnes contra regulam sancti Benedicti et contra tenorem dispensacionis pro esu carnium eisdem concesse . Dominus vicarius generalis iniunxit monachis omnibus quod abstinerent a carnibus in refectorio et iniunxit domino abbati[5] quod ipse hanc iniunctionem faceret obseruari.

Fiat iniunccio monachis quod illis diebus quibus ex consuetudine monasterij seu de licencia superioris habent recreationes exeundo et ambulando extra monasterium / non veniant in villam de Eynesham sine licencia *speciali* domini abbatis neque ibidem ludant ad taxillos[6] seu alios ludos indecentes / sed[7] omnes exeuntes simul exeant et reuertantur honeste et sobrie ante vesperas inchoandas / Iniunctum est vt[8] prescribitur sub penis perdicionis stipendij dimidij quarterij anni et est iniunctum abbati quod hoc videat perimpleri.

Fiat iniunccio ne aliqui ex monachis junioribus gramaticam cantum seu aliud quicquid addiscant / quousque psalterium

[1] A word cancelled.
[2] *Sic* : repeated.
[3] Fo. 65*d* is blank.
[4] *abist* cancelled.
[5] The abbot, Thomas Chaundler, had been elected in the same year, in succession to Miles Salley, bishop of Llandaff, who died between 29 Nov., 1516, and 22 Jan., 1516–17, and is buried in the Gaunts (now Lord Mayor's Chapel) at Bristol. An autograph letter from Wolsey to Atwater, undated, recommends 'Dr. Chandellor' for the vacant post, as 'the flower of Saint Benet's order' (*L. & P. Hen. VIII*, XII (1), no. 2724, p. 809).
[6] I.e. dice.
[7] *cun* cancelled.
[8] *preced* cancelled.

corditenus recordauerint et eciam impnos ac alia officia perfecte sciuerint . Est iniunctum domino abbati vt prerecitatur et est iniunctum domino abbati quod hoc faciat perimpleri. /

Fiat eciam iniunccio quod non admittantur alique mulieres saltem suspecte ad consorcium aliquorum monachorum intra septa monasterý et quod mulieres ex quibus poterit aliqua suspicio haberi nullo modo habeant aliquem accessum ad monasterium . Est iniunctum omnibus monachis ne admittant tales mulieres ad se[1] / et iniungitur abbati quod hoc faciat perimpleri. /

Contigit quod duabus noctibus , licet maior pars conuentus fuerit in choro in tempore matutinarum , non tamen habuerunt matutinas[2] ex hoc quod presidens capituli adtunc non fuit ibidem et alias impeditus . Alij monachi ibidem presentes ob inuidiam presidentis matutinas dicere recusauerunt . Dominus vicarius generalis iniunxit omnibus monachis et precipue presidenti ne deinceps vllo modo deficiant aliqua nocte in matutinarum decantacione / et iniunxit abbati quod hoc faciat perimpleri.

[fo. 91*d*.]

Dominus Jacobus Asshendon precentor *ibidem* dicit quod portuarius[3] habet duas filias valde dissolutas et suspectas que multotiens frequentant monasterium et ea occasione *magnum*[4] insurgit scandalum ; et *iste* rogauit pro[5] Waltero[6] *Harberd* apostata.

Eciam dicit quod subprior habet tria officia videlicet[7] subprioratum conquinatum et capilaniam[8] , que quidem officia secundum statuta dicti monasterij non potest licite occupare.

Dominus Johannes Bury sacerdos rogauit pro domino Waltero *Harborough*[9] apostosia[10] , et dicit quod prior et subprior ibidem multotiens visitant villam.

Dominus Thomas Lovell sacerdos dicit quod portuarius habet duas filias male famatas *et sepius frequentant monasterium*[11] , et rogauit pro domino domino[12] Waltero Horburgh *apostata*[13] . Et insuper dicit quod prior , supprior et tercius prior multociens se absentant a matutinis et presertim in tempore *quadragesime vltimo preterito* , videlicet a prima dominica quadragesime vsque ad diem parasciue[14] , et eciam quod prior ibidem multotiens wult ebriare et tunc wult garrulare et scandalizare[15] et diffamat fratres suos ;

[1] *strecr* (?) cancelled. [2] *q* above line. [3] *Sic :* for *portarius*.
[4] Interlined above *multum* cancelled. [5] Something cancelled.
[6] *Harburgh apostosta* cancelled. [7] *coqui* cancelled.
[8] *Sic :* the office of abbot's chaplain is meant.
[9] Interlined above *Hardwell* cancelled. [10] *Sic :* for *apostata*.
[11] *ad vetuperium tocius monasterij* cancelled.
[12] *Sic*. [13] Interlined above *apostata* cancelled.
[14] I.e. from 1 March to 10 April, 1517.
[15] *cum fratribus suis* cancelled.

et *iste* eciam fatetur quod ipse erat causa quod non habuerunt matutinas per duas noctes eo quod presidentes non *ibidem* fuerunt presentes vt tenentur.

Dominus Georgius Addyrbury sacerdos dicit quod non habuerunt matutinas per duas noctes eo quod presidentes capituli non fuerunt presentes.

Dominus Nicholaus Welles supprior et coquinarius dicit quod non habuerunt matutinas per duas noctes racione domini Thome Lowell , et *iste* negat introitum domini Walteri Harburgh quia dicit ipsum fore male dispositum.

fo. 92.

Dominus Thomas Spoford sacerdos dicit sicut prius dictum *est* de filiabus portuarij , et rogauit pro domino Waltero Harburgh.

Dominus Jacobus Myner subdiaconus dicit omnia bene preter quod rogauit pro dicto domino Waltero Harburgh.

Dominus Ricardus Braye subsacrista dicit omnia bene.

Dominus Thomas Mounsbury[1] diaconus dicit omnia bene : rogat pro domino Waltero Harburgh[2] apostata.

Dominus Willelmus Durham tercius prior dicit sicut prius dictum est de filiabus portuarij , et eciam dicit quod prior ibidem wult aliquando ebriare.

Dominus Johannes Hastrope accolitus dicit omnia bene , et rogauit pro domino Waltero Harburgh apostosia.[3]

Dominus Thomas Knolles accolitus dicit quod non habent magistrum ad instruendum *et docendum* gramaticam ibidem , et rogauit pro domino Waltero Harburgh.[4]

Dominus Johannes Boston succentor dicit omnia bene.

Dominus Johannes Ensham dicit omnia bene.

Dominus Edmundus Charelbury dicit omnia bene , et dicit quod carent magistro ad docendum gramaticam.[5]

xj^{mo} die Junij anno predicto dominus vicarius generalis visitacionem ibidem dissoluit /

fo. 93*d*. [Written on leaf reversed.]

xj^{mo} die mensis Junij anno domini millesimo cccc^{mo} xvij^{mo} dominus vicarius generalis in domo capitulari monasterij de Eynesham tempore visitacionis ibidem iniunxit domino Thome Lovell quod ipse extunc[6] seruabit se in claustro , ecclesia , dormitorio , et in refectorio continue commedet , alibi non commedendo neque

[1] At the next visitation the name appears as Malmesbury.
[2] *apostosia* cancelled. [3] *Sic.*
[4] In margin : *Nota pro magistro ad docendum grammaticam.*
[5] *Nota* in margin. [6] *s* left uncancelled before *extunc*.

ea loca egrediendo quousque aliud a domino Lincolniensi episcopo habeat in mandatis . Hec sibi iniuncta fuerunt in virtute obediencie.[1]

2

Eynesham

VISITACIO EXERCITA IN DOMO CAPITULARI IBIDEM PER DOMINUM WILLELMUM ATWATER EPISCOPUM LINCOLNIENSEM DIE VLTIMO DIE[2] APRILIS ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO XX^mo^.

Exhibito primo per dominum abbatem certificatorio in litteris sigillo suo et illo per me notarium perlecto , ac preconisatis omnibus fratribus et illis comparentibus (Johanne Selwod apostata dumtaxat excepto) dominus Episcopus Lincolniensis exhortacionem saluberimam fecit eisdem tunc ibidem.[3]

Nomina monachorum

Dominus Henricus Rading abbas
Dominus Edwardus Westmynster prior
Dominus Jacobus Assenden precentor
Dominus Thomas Lovell supprior et coquinarius
Dominus[4] Georgius Adderbury sacerdos
Dominus Nicholaus Wellys scholaris
Dominus Jacobus Minor[5] sacrista et scrutator
Dominus Thomas Spoforth sacerdos
Dominus Ricardus Bray sacerdos
Dominus Thomas Malmesbury succentor
Dominus Willelmus Durham tercius prior , ortulanus
Dominus Johannes Astrope subdiaconus
Dominus Thomas Knollys subdiaconus

[1] On fo. 96*d* is the unfinished entry:
Oxon Visitacio.
Acta apud Eynesham.
Comperta visitacionis religiosorum archi[diaconatus Oxoniensis].

[2] *Sic.*

[3] This was a personal visitation by the bishop. Since the visitation by the vicar-general in 1517 Thomas Chaundeler had been succeeded by Henry Rading (i.e. Reading). Of the fifteen monks who had appeared in 1517 only two are now missing, viz. John Bury and Edmund Charlbury. The precentor and third prior remain as in 1517, the latter also holding the office of gardener. Wellys, then subprior and kitchener, is at his studies at the university, and his offices are filled by Lovell, who had incurred punishment for insubordination. Malmesbury is succentor in the place of Boston. Bray holds no office in the list, but appears to be novice-master, while Myner is sacrist and scrutator. The new names are Westmynster, the prior, and Edmund Eton. The list of nineteen monks in 1535 (*Val. Eccl.* II, 212), when Anthony Dunston was abbot, includes seven names from 1519: Eton is prior, Adderbury subprior, Wellys precentor, Malmesbury almoner, Astrope 'sexden' or sacrist. Knollys and Eynesham are also left. At the surrender of the monastery, 4 Dec., 1538, when there were ten monks, Eton was still prior (*L. & P. Hen. VIII*, XIII (ii), no. 989, p. 425). He appears as Ranysforde in the pensions list in 1539, in which family surnames take the place of surnames. Of the others, only Thomas Knolles can be identified with certainty (*ibid.* XIV (i), no. 105, p. 42).

[4] *Jo* cancelled.

[5] The name seems to be written *Mior.*

Dominus Johannes Boston diaconus
Dominus Johannes Eynesham subdiaconus
Dominus Edmundus Eton subdiaconus
Dominus Johannes Selwod recessit in apostasiam et nescitur in quibus partibus moratur seu reperietur.

Monachi habent ecclesias parrochiales eis annexas et appropriatas[1]

Eynesham	Meryton	Norton bruyne	Karsington
Newenton	Chorlebury	Suth Stoke	Yerdington
Sancte Ebbe oxon.			Histon Elien.
			Tedbury
			Mykelton

Valor

Habent in redditibus et rectorijs cccclxix li. ij s.[2]

Dominus Thomas Spoforth est nimium rixosus inter confratres suos . Non est pacificus , quietus neque caritatiuus inter eosdem / nec est obediens superioribus suis.

Fratres non sedent in refectorio bini et bini vt deberent , sed ibidem sedent omnes simul nec debite seruant ibidem silencium / Iniunctum est quod amodo hoc reformetur.

Soror domini abbatis moram faciens infra procinctum monasterij est nimis onerosa monasterio, et creditur quod ipsa soror abbatis sumptibus monasterij sustentatur cum pluribus suis consanguineis vt dicitur ad summam cxl li. per annum in detrimentum monasterij / Iniunctum est quod abbas *cum* consanguineis suis non onerabit monasterium , et dominus voluit quod ipsa soror abbatis adheret[3] consorcio mariti sui /

Ricardus[4] filius sororis domini abbatis est grauator monasterij et habet custodiam omnium granorum et ea disponit ad suum libitum , et ipse vltima ebdomada vt dicitur accepit ad suum vsum quindecim quarteria brasij / Plures ex fratribus allegauerunt hunc articulum non esse verum / dominus tamen voluit quod hoc emendaretur /

Dominus abbas[5] exhibet in vniuersitate Oxon . scholarem quemdam Wallicum , et ipse scholaris recipit redditus omnimodos

[1] The parish churches named are Eynsham, South Newington, St. Ebbe's in Oxford, Merton, Charlbury, Brize Norton, South Stoke, Cassington, Yarnton, all in Oxfordshire, Histon St. Etheldreda's in Cambridgeshire, Tetbury and Mickleton in Gloucestershire. Of these South Newington (Newentone Iewelle) and South Stoke (Stoke Abbatis) were appropriated in 1399, when a vicarage was ordained in South Stoke, that in South Newington being ordained in 1413 (see *Eynsham Cart.* [Oxford Hist. Soc.] II, 180, 183–186). Merton was appropriated in 1357 (*ibid.* II, 114–118), Charlbury in 1293, vicarage ordained 1296 (*ibid.* I, 344 ; II, xxxi), Brize Norton c. 1268 (*ibid.* II, xxiii), Cassington c. 1198 (*ibid.* I, 46, 47 ; II, xxiv). A vicarage was ordained in Yarnton in 1235 (*ibid.* II, lxxiii). Histon was appropriated in 1268 (*ibid.* II, li), Tetbury c. 1361 (*ibid.* II, lxx, 108), Mickleton in 1351, vicarage ordained 1352 (*ibid.* II, 110–114).

[2] In *V.E.* II, 212, the net sum of receipts is given as £421 16s. 1¾d.

[3] *Sic :* for *adhereat.* [4] Blank left for surname. [5] *habet* cancelled.

in villa Oxon . pertinentes monasterio de Eynesham et de illis non computat / sed pro suo libito eosdem redditus disponit / Ipse scholaris computat et prestitit propter hoc fideiussores.

Dominus abbas non reddit computum administracionis suc . Iniunctum est quod deinceps reddat computum.

Dominus abbas vt dicitur vendidit boscum apud Stoke[1] et alibi modo excessiuo et ad magnas pecuniarum summas / Iniunctum est ne deinceps vendat boscum nisi cum consensu fratrum.

Thomas Spoforth est communis obiurgator cum fratribus suis et communis confabulator / et occasione fabularum suarum et mendaciorum suorum suscitat rixas inter confratres / et inter abbatem et monachos / et illo pretextu fratres plerumque[2] sunt extra caritatem , Iniunctum est Spoforth quod ipse stet in infimo loco chori , capituli et alias et infimus habeatur [vsque ad] proximam ordinariam visitacionem , et quod silencium seruet vsque dominicam Trinitatis proximam et deinde singulis ferijs per annum , et quod seruet loca claustralia videlicet ecclesiam , claustrum , dormitorium et refectorium vsque . . . . prox . . et quod in singulis capitulis vsque . . . . . .

fo. 123*d*.

Dominus Jacobus Ashenden precentor habet magnos labores circa scripturam scedularum et brevium pro animabus defunctorum ad diuersa loca illius religionis destinandorum , et ipse emit pergamenum et encaustum pro eisdem ad illius grandes sumptus et[3] nichil habet *idem* pro laboribus nec pro pergameno / haberet tamen[4] . Fiat remedium . Iniunctum est quod deinceps ipse habeat pro laboribus et sumptibus /.

Dominus Thomas Spoforth propalat ea que acta sunt in domo capitulari / et ea diuulgant que deberent esse secreta[5] /

Consanguinei monachorum cum venerint ad monasterium non bene recipiuntur a ministris abbatis , nec habent monachi vnde poterunt cum eisdem gratulari[6] / Dominus voluit quod huiusmodi consanguinei monachorum cum venerint decenti modo tractarentur /

[7] Non est aliter prouisum pro infirmis quam pro conualescentibus , nec aliquid habent monachi temporibus infirmitatum nisi vj s. ij d. per ebdomadam vt conualescentes habent . Nec habent infirmi domum , focum nec ministros /

Dominus voluit quod fieret prouisio pro infirmis.

Dominus Thomas Spoforth est communis mendax , et nedum predicat mendacia de fratribus suis et sic indies suscitat rixas in

[1] I.e. South Stoke. [2] *no* cancelled. [3] Something cancelled.
[4] I.e. yet he should have something.
[5] *et vult eciam ipse ineb* cancelled.
[6] I.e. enjoy themselves. [7] *Infirm* cancelled.

monasterio / sed eciam de domino episcopo Lincolniensi et eius officiarijs in ipsorum scandalum / eciam temporibus refectionum ita predicat et eosdem[1] vilipendit seu saltem paruipendit /

Pietancie conuentus vix sufficiunt , nam sunt in refectorio seu in misericordio[2] xiij monachi et ipsi habent nisi xxiij d. in die pro[3] cibarijs suis.

Dominus Willelmus Durham tercius prior non surgit ad matutinas / Iniunctum est quod deinceps surgat ad matutinas /

Stipendia nouiciorum non soluuntur eisdem[4] nec ipsorum tutoribus[5] , ex quo fit quod ipsi nouicij non habent vesturam decentem neque habent suppellectilia / Dominus iniunxit quod[6] stipendia huiusmodi deinde debita soluantur.

Thomas Spoforth vult pluries inebriari / et tunc tempore ebrietatis ipse[7] se habet ac si non esset sane mentis / et[8] plures occasiones pugnandi.

Dominus Ricardus instructor nouitiorum in gramatica non est diligens circa instructionem eorundem et est adeo negligens quod nouicij non proficiunt doctrina . Dominus iniunxit quod hoc exnunc emendaretur.

Supprior est rigorosus in correccionibus nec est indifferens / Dominus stricte iniunxit suppriori quod hoc emendaretur /

Dominus absoluit tunc Georgium Adderbury ab apostasia et sentencia excommunicacionis et ipsum restituit ad locum et vocem et omnia iura pristina / ac si nunquam exiuisset.

Et deinde dominus habita primitus longa[9] videlicet per spacium ij horarum et saluberima exhortacione ad confratres ibidem pro reformacione premissorum / dominus iiij^{to} die Maij in domo capitulari ibidem sedens visitacionem suam huiusmodi continuauit vsque ad[10] vltimum diem iuridicum mensis Decembris et quemlibet diem citra [presentibus . . . . . .] ac me Edwardo Watson.

XXI
FLAMSTEAD PRIORY
A. fo. 44d.

fo. 44*d*.

Sancti Egidij in Bosco

VISITACIO EXERCITA IN DOMO CAPITULARI IBIDEM PER DOMINUM CANCELLARIUM XXJ^{mo} DIE MENSIS MAIJ ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO XXX^{mo}.

Dominus vicarius generalis exposuit publice articulos visitacionis. Deinde priorissa certificauit viue vocis oraculo.

[1] *vilipo* cancelled. [2] Altered from *misericordia*. [3] *esculentis suis* cancelled.
[4] *sed tuto* cancelled. [5] *et* cancelled. [6] *ipse* cancelled.
[7] *est* cancelled. [8] Some word such as *querit* omitted.
[9] *et sa* cancelled. [10] *festum Natalis domini* cancelled.

Domina Agnes Croke priorissa[1]
Domina Agnes Verney
Domina Alicia Byrde
Domina Agnes Weste
Domina Johanna Mason
Domina Johanna Richardes
Elizabeth Netam
Alicia Thrale

Priorissa . Deinde priorissa exhibuit fundacionem dicte domus[2] incipientem hoc modo (Sciant presentes et futuri quod ego Rogerus de Totino saluo jure ecclesie parochialis de Flamsted sancti Leonardi de Flamsted[3]) in qua tenentur habere non vltra numerum xiij^{cim} sanctimonialium.

Verney . Priorissa est vtilis prioratui sed indebitatur monialibus . Puelle iacent in dormitorio . [Numerus] monialium diminuitur.

[Byrde] Dicit omnia bene.

[Weste] Dicit omnia bene.

[Mason] [Dicit] sese iacere in lecto cum priorissa ea de causa vt priorissa[4] surgat ad [matutinas].

[Richardes] [Dicit omnia] bene.

[Netam] Habet puellam iacentem cum ea.

[Thrale] Dicit omnia bene.

fo. 45.

Dominus iniunxit priorisse quod ammodo non iacent[5] puelle *neque pueri* in dormitorio.

Et iniunxit priorisse quod iacet[6] in lecto per se et quod domina Mason decetero non iacet[6] in lecto cum eadem.

Quibus iniunctionibus sic factis dominus visitacionem suam dissoluit saluis domino Lincolniensi episcopo procuracionibus debitis.

XXII
FOTHERINGHAY COLLEGE

1. A. fo. 150.
2. L. fo. 110.

1
Fodringhay

VISITACIO XXIJ^{do} JUNIJ ANNO DOMINI M^{o}CCCCC^{mo}XVIIJ^{mo} PER DOMINUM EPISCOPUM PERSONALITER.

. . . . . Dominus Ricardus Plummer socius notatur *in villa et*

[1] Called Creke, *L. & P.H. VIII*, XIII (i), p. 577 ; Broke, *ibid.* XIV (2), g. 113 (16), p. 34.
[2] A word cancelled.
[3] *Sic :* repeated. The charter is printed in *Monasticon* IV, 300, with *Tony* for *Totino*. The nunnery is there called 'Wodechurch de Flamstede.'
[4] *s* cancelled. [5] *Sic :* for *iaceant*. [6] *Sic :* for *iaceat*.

in patria[1] quod iacet ad extra contra statuta / et idem est sediciosus et seminator discordiarum inter socios.

Videantur *qualiter* misse celebrande pro domino Ricardo *Barow*[2] / et Henrico Bray militibus fundantur . Ostendantur igitur fundationes earundem.

Magister collegij est semper eligendus per socios secundum ordinem statutorum infra viginti dies a tempore vacacionis ; alioquin deuoluitur ad dominum episcopum Lincolniensem collacio siue prefectio magistri ibidem . Sed tamen siue eligatur[3] siue preficiatur requiritur quod sit[4] vnus de socijs illius collegij / et quando eligitur per socios debet presentari domino Lincolniensi episcopo / et per ipsum episcopum confirmari et admitti.[5]

Petitur vt melioretur et augeatur precium panni liberate / Nam precium vlne illius virgate ex statutis non excedet xxvj d. / quo precio iam dierum pannus vtilis et honestus haberi aut emi nequit[6] . Magister collegij aliquando confert precentori et quibusdam alijs aliquas summas cum quibus potuit[7] meliorare liberatam si eas ad illum vsum diuertere voluerit.

Prouideatur ne socij aliquando pernoctent in villa de Foderinghay aut alibi prope illam villam . Dominus Nicholaus Adamson pernoctauit aliquando in villa Foderingie.

Dominus Ricardus Plummer notatur de incontinentia adeo quod iam dudum occasione conuersationis sue suspecte cum muliere quadam de Foderinghay fuit dudum in periculo mortis ; nam vnus seruiencium regine Francie[8] cum gladio evaginato voluisset ipsum percussisse et fortassis interimisse[9] . Et preter hec ille notatur quod non dicit[10] deuote officia diuina neque se disponit celebrare aut alia facere presbitero pertinencia[11] . Maritus ipsius mulieris illam occasione premissa verberabat et plura alia inconueniencia sequebantur . Ipse dominus Plummer misit Robertum Hardy pro illa muliere.

[fo. 150*d*.]

Memorandum quod dominus hortetur magistrum collegij pro Ricardo Synton coniugato clerico quatinus ipse Ricardus poterit habere aliquem proficuum[12] arbitrio magistri ex dicto collegio , ex hoc quod stetit ibidem per xxxvj annos.

[1] Interlined above *de et super incontinencia* cancelled.
[2] Apparently the name.
[3] *siue p'* blotted and cancelled.
[4] *socius* cancelled.
[5] See statute vi, *Archaeol. Journ.* LXXV, 274–278.
[6] *Dominus* cancelled. See statute xi, De communi annua vestium liberata, *ibid.*, 281–2.
[7] *Sic : an* cancelled.
[8] The princess Mary, widow of Louis XII of France.
[9] *Sic :* for *interemisse*.
[10] Altered from *dicet*.
[11] *Coniugatus* cancelled.
[12] *Sic : aliquid proficui* is meant.

Memorandum de excessu stipendij informatoris puerorum.

Magister collegij ponit fiduciam suam in quibusdam suis secularibus seruientibus in superuidendo predia et possessiones collegio spectancia in dampnum collegij.

Videatur in statutis quot seruientes et quot equos magister debet habere.[1]

Johnson et Curtes inseruiunt choro et eciam pulsant , et tamen ipse Robertus Johnson habet amplius stipendium vno nobili / Dominus Ricardus Plummer deberet cotidie reddere se cantantem in missa de beata virgine hoc tamen non facit /

xxiij^{cio} die Junij anno Domini m^{o}ccccc^{mo}xviij^{mo} dominus in ecclesia collegiata de Foderinghay iudicialiter sedens visitacionem suam ibidem dissoluit.[2]

2

Foderinghey collegium

VISITACIO EXERCITA IN ECCLESIA COLLEGIATA IBIDEM PER DOMINUM CANCELLARIUM ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO XXX^{mo}[3] MENSIS AUGUSTI DIE XXVIJ^{mo} VIDELICET DIE SABBATI POST FESTUM SANCTI BARTHOLOMEI.

Magister collegij exhibuit certificatorium in scriptis sub sigillo communi et eo perlecto comparuerunt presbiteri ibidem[4] socij clerici et choriste subscripti.

Socij	Choriste
Magister Johannes Russell magister collegij	Antonius Barnard
	Ricardus Curtasse
Magister Thomas Byrde precentor	Johannes . . . . .
Dominus Thomas Topclyff	Johannes . . . . .
Dominus Ricardus Warde[5]	Thomas Thorpe
Dominus Nicholaus Beyhowe[6]	Johannes Louthe
Dominus Robertus Sahall	Ricardus B . . . .
Dominus Willelmus Pollarde	Henricus Vicham
Dominus Thomas Whityng	Ricardus . . . . .
Dominus Robertus Byrde	Thomas . . . . .
Dominus Robertus Hiedge	C . . . . .
Magister Willelmus Bygges	Thomas . . . . .
Dominus Robertus Chapman	Ricardus . . . . .
Dominus Johannes Gilbert	

[1] See statutes xxv, xxvi (*op. cit.* 286, 287).
[2] Ff. 151, 151*d* are blank.
[3] *vij*^{mo} *die* cancelled.
[4] *ibidem* repeated and cancelled.
[5] Apparently the name.
[6] Called *Bahoo* in *Val. Eccl.* IV, 290.

Clerici

Ricardus Dewy	Robertus Cotterell
Thomas Alcocke	Johannes Balyon
Johannes Sandland	Johannes Wykeham
Johannes Wykey	Johannes Jonson.

[fo. 110*d.*] Blank.

[fo. 111.]

Russell . Dicit quod magister Byrde precentor non est satis diligens circa exequtionem officiorum diuinorum in choro neque quoad seipsum nec quoad informationem aliorum.

Byrde . Videatur liber statutorum collegij pro equis et seruientibus magistri collegij et[1] eciam videatur liber compotus pro statu collegij.

Loquatur magistro collegij quod non equitet Londoniam nec alibi extra collegium nisi ex vrgentibus negocijs collegij.

Instructores puerorum in cantu et eciam in gram[matica non sunt] satis diligentes circa informacionem eorundem.

Topclyff . Dicit magistrum collegij virum esse satis vtilem . . . . . officio suo.

Sessiones stationes et reuersio[nes] ad al[tare non] obseruantur incuria precentoris collegij.[2]

Magister Byrde precentor non est expertus in cantu et . . . . .

[fo. 111*d.*]

Precentor in absencia magistri nichill ageret in arduis negocijs collegij nisi de consensu duorum vel trium seniorum sociorum collegij[3] et tamen ipse precentor[4] in presentacione vicarie de Newent[5] ipse primo obtinuit consensum juniorum antequam consiluit[6] seniores.

Prouideatur ne precentor absentet se a collegio in negocijs prinpalibus[7] vti aliquando precentor modernus absent[at].

. . . . . Precentor collegij licet sit diligens in officio suo non tamen est adeo expertus in cantu et ordine vt deberet.

. . . . . Prec[entor] . . . . Byrde non est . . . . satis diligens in officio suo [nec] est expertus in cantu nec in ordinacione chori.

[1] *pro* cancelled. The question of the master's retinue had been raised at Atwater's visitation. See p. 147 above and note 1.

[2] The allusion is to negligent ritual in church, omissions to sit, stand or turn to the altar, which it was the precentor's business to regulate.

[3] See statute vii (*op. cit.* p. 279).

[4] *al* cancelled.

[5] For the grant of the possessions of the alien priory of Newent, including the churches of Newent and Dymock, co. Glouces., to the college, see *Cal. Pat.* 1408–1413, p. 358, printed in *Monasticon* VI (1), 1411.

[6] *Sic :* for *consuluit.*

[7] *Sic :* for *principalibus.*

Idem precentor obtinuit vicariam de Newent contra antiquum modum collegij primo querendo consensum juniorum sociorum collegij antequam seniores in capitulo consuluerat.

fo.112.

Balyon et Coterell clerici non bene morigerati[1] erga socios collegij et presertim erga istum detegentem , nec prebent eisdem reuerenciam decentem.

Pollard . Clerici collegij videlicet Balyon et Cotterell , Wykey et Wykeham , non sunt diligentes in choro psallendo et legendo in choro , sed cum sint ibi confabulantur.

Et ipsi clerici non sunt bene morigerati penes socios collegij nec prebent eisdem reuerenciam sed nimis elate se gerunt in loquela et gestu erga socios ibidem.

Extranei eciam seruientes generosorum licet sint . . . . . sedent in mensa cum socijs collegij.

[2] Whityng . Nescitur an clerici pernoctant ad infra vel non . . . . . clericis quomodo[3] se haberent in choro et in aula . . . . . leccionis biblie et quod pernoctarent infra collegium.

Magister est valde vtilis collegio et eciam *sunt*[4] socij . Quidam clerico[rum sunt nimis] superbi et elati et contendunt[5] [cum sociis et] recusant eis loqui.

fo. 112*d*.

Hiedge . Dicit omnia bene et prospere.

Magister Bygges . Dicit omnia esse bene ordinata.

Chapman . Dicit nulla ibidem puniendo digna.

Gylbert . Omnia bene.

Dewy . . . . Dicit omnia bene.

[Alcocke] . Dicit tempore refeccionum presbiteri non obseruant scilencium in absencia magistri et precentoris sed rident et confabulantur / Dominus Robertus Hiedge et dominus Johannes Gilbert sunt communes piscatores tempore prandij . Socij non loquuntur clericis cum ipsi clerici faciunt eis reuerenciam . Et magister est nimis durus faciendo reformaciones clericis , et non facit aliquas reformaciones socijs sacerdotibus . . . .

[Sandland] . Omnia bene.

[Wykey] . He saith the master is very hard towardes the clerckes and so been the felloes / When ther is any complaynt made to the master the master woll rather here oon of the plough men rather then the complaynt of oon of the clerckes and the master is not indifferent.

[1] *sunt* omitted.
[2] Handwriting changes.
[3] *h* cancelled.
[4] Interlined above *soc* cancelled.
[5] *soc . . . et sacerdotibus* cancelled.

[fo. 113.]

[Cotterell] . Quo ad statuta nescit . Dicit quod socij habent libros studendo tempore diuinorum et non intendunt diuinis officijs psallendo . Solebant ex antiquo pulsare ad matutinas hora quinta et nunc pulsant[1] hora sexta adeo et intantum quod diuina officia non finiuntur ante meridiem.

Balyon . Dicit quod dominus Rogerus[2] exijt chorum cotidie tempore primi . Dominus Rogerus , dominus Polard habent libros in manibus studendo tempore diuinorum et non attendunt diuinis officijs . Dominus Topclyffe et dominus Rogerus conse[3] consueuerunt confabulare in choro tempore diuinorum . Clerici ignorant an pernoctarent infra collegium necne . And thei have no brekefastes but of the cookes gentilnes . And when thei have *eny*[4] brekefastes oon feloo hath as m[uch as] . . .[5] the clerckes . And sir Roger doth[6] rebuke the clerckes [and calleth] them knavis when he is angri with them.

Wykeham . Dicit quod magister collegij doth suffre the carters and the cooke . . . . . .[7] clerckes and the felloes prestes will not speke to the clerckes . . . . . And the prestes doth lawgh[8] in the quere in service . . . . . and it is vj of the clocke in the mornyng or they go to [matines , so that] it is none euery daye or service be doon And the sa . . . . . will scantly speke oon to another of them if . . . . . word in v wekes.

Johnson . Subsacrista solebat habere annuatim stipendium—xv . . [et nunc] habet nisi—xiij s. iiii d.[9] Iste supplet loc[um] . . . . . in mensam cum clericis sed cum choristis.

fo. 113*d*.[10]

Qua quidem examinacione sic facta / dominus cancellarius [iniunxit] magistro collegij quod non habeat numerum excessiuum [seruientium] vltra quam alij magistri habere solebant.

Et quod ipse diligenter attendat ad vtilitatem [collegii] et precipue ad iconomiam / et quod faciatt[11] balliuum iconomie diligenter superuidere laborarios in iconomia.

Et quod magister non equitet nisi in causis necessarijs collegij /

Item iniunxit precentori quod ipse adhibeat omnem diligenciam suam circa exercicium diuinorum seruiciorum et quod faciat sessiones , stationes et resto[es][12] ad altare vt decet obseruari.

[1] *s* cancelled.
[2] *Sic :* not in the list of fellows.
[3] *Sic :* not cancelled.
[4] Interlined above *no* cancelled.
[5] Possibly *two of.*
[6] *call* cancelled.
[7] Possibly *to rebuke the.*
[8] *at* cancelled.
[9] *Idem* cancelled.
[10] In former hand.
[11] *Sic.*
[12] *Sic : reuersiones* appears to be the word in the earlier passage which refers to this.

Item iniunxit omnibus socijs et clericis collegij quod intersint temporibus diuinorum in choro psallentes et[1] legentes / et quod non studeant nec libris indi . . gent[2] nec confabulentur temporibus diuinorum.

Item iniunxit omnibus clericis collegij quod ipsi[3] debitam [et de]centem exhibeant reuerenciam presbiteris socijs et quod presbiteri clericos ipsos honeste pertractent et condecentem . . . . charitatem et honestatem eisdem faciant.

[Item ini]unxit clericis quod ipsi honeste incedant in vestibus . . . . . et quod non vtantur caligis aut alijs vestimentis . . . . albi seu alterius leuis coloris.

Et hijs factis dominus visitacionem suam ibidem dissoluit.

[fo. 114.][4]

Memorandum that the pasture off Wytterynghey the whyche the[5] colleg of Fodryngay[6] dothe hyer off mayster Turner ys lettyn to master Wynkfelde and no pasture reseruyd for theyr owyne store.

Item the bayly off the husbandre of the colleg of Fodryngay vsys to goo to merckyttes and fayers to by bewys[7] and shepe for the colleg and doys not well ouer se the colleg husbandre wherby the colleg hays grete losse in theyr husbandrye . For yf he gett one penny at[8] the markytt he lesys thre at home in the husbandrye.

Item the colleg ys in dett to the master and to the[9] stewarde almost forty powndes.

Item[10] the master dispendithe lardge money yerly att London inter seruientes domini regis et alios , cum nullam aut paruam causam habeat collegij ibidem.

Many of his pastures ar letten forthe / and hathe noon for his own bevis nor muttuns.

Item he hathe nother bevys nor muttons in store , but byythe from market day to merkett day , and byythe at the bochery his rostinge byff.

The place goothe nott forward.[11]

Item oon man is sexten[12] curate of the paryshe , and stuard of the house , and ys in extreme age , not able to do any oon of[13] thos iij.[14]

[1] *c* cancelled.
[2] The word is uncertain ; possibly it may be for *indictent*.
[3] Altered from *ipse*.
[4] Change to second handwriting, as ff. 112, 112*d*, 113.
[5] *c* cancelled. [6] *d* cancelled.
[7] I.e. beeves. [8] *the* cancelled. [9] *ste* cancelled.
[10] Change to a third hand. *Nota* mark in margin of this and next paragraph.
[11] *Nota* mark in margin against this and next paragraphs.
[12] I.e. sacrist. [13] *then* cancelled. [14] Fo. 114*d* is blank.

XXIII
GODSTOW ABBEY

1. A. fo. 88.
2. A. fo. 119.

1

VISITACIO MONASTERIJ BEATE MARIE ET SANCTI JOHANNIS BAPTISTE DE GOSTOW EXERCITA PER MAGISTRUM RICARDUM ROSTON DECRETORUM DOCTOREM DOMINI WILLELMI ATWATER DEI GRACIA LINCOLNIENSIS EPISCOPI CANCELLARIUM XIJ^{mo} DIE MENSIS JUNIJ ANNO DOMINI MILLESIMO CCCCC^{mo} XVIJ^{mo} ET ANNO IPSIUS DOMINI EPISCOPI[1] IIJ^{clo} / IN DOMO CAPITULARI IPSIUS MONASTERIJ.

Anna Bromeyard priorissa et Agnes Oxford subpriorissa non fuerunt electe ad officia illa per maiorem partem conuentus / sed ad libitum abbatisse moderne per minorem partem capituli.

Dicitur quod domina priorissa laborante ipsius senectute que sexaginaria existit non potest sequi chorum et interesse diuinis officijs vti deberet et ad ipsius spectat officium.

xij^{mo} die mensis predicti dominus vicarius generalis iniunxit domine abbatisse ne ipsa admitteret aliquos extraneos ad commorandum siue moram faciendum infra monasterium.

Et eciam quod extranei siue persone alique seculares non haberent aliquem accessum siue introitum infra claustrum seu alia loca claustralia ipsius monasterij sed quod recipiantur honesto modo in communem aulam et ibidem epulent *et colloquantur* et jocundentur cum monachis[2] , dum modo semper ad minus sint due monache insimul associate /

Et eciam quod deinceps equaliter honeste sobrie et caritatiue tractet omnes monachas monasterij nichill quicquam de preteritis seu pro eisdem obijciendo siue imputando.

Assignacionem penitenciarij ipsis monachis reseruat dominus[3] vicarius generalis domino episcopo.

Eisdem die et loco dominus vicarius generalis visitacionem ibidem dissoluit.

2
Godstowe

VISITACIO EXERCITA IBIDEM IN DOMO CAPITULARI DIE VENERIS IIIJ^{to} DIE MAIJ ANNO 1520mo PER DOMINUM EPISCOPUM LINCOLNIENSEM PERSONALITER / PREUIENDO[4] DIEM ALIAS PREFIXUM DE CONSENSU ABBATISSE ET CONUENTUS IBIDEM.

Exhibito certificatorio per abbatissam in scriptis sigillato et illo publice ibidem perlecto , idem dominus episcopus exhortacionem

[1] *anno* cancelled.
[2] I.e. the nuns (*monachae*).
[3] *episcopus* cancelled.
[4] *Sic* : for *preueniendo*.

salutiferam in anglie[1] fecit et salubriter est exhortatus easdem / omissa predicacione illo die ob breuitatem temporis.

Nomina monialium[2]

Domina Margareta Tewkisbury abbatissa[3]
Domina Agnes Oxford priorissa[4]
Domina Alicia Wircetur[5] subpriorissa
Domina Cecilia Shursill tercia priorissa
Domina Alicia Laicoke[6]
Domina Clementissa[7] Rovserd
Domina Elisabeth Stanlake
Domina Alicia Oxforthe[8]
Domina Johanna Oxforthe[9]
Domina Johanna Brestowe
Domina Margareta Wolstone
Domina Alicia Alisbury
Domina Margareta Hertwell[10]
Domina Katerina Buckley[11]
Domina Marioria Granboro[12]
Johanna Sharpe soror conuersa / non monialis.

Nomina ecclesiarum[13]

Eedem mulieres religiose habent eis appropriatas ecclesias videlicet de

Wicombe magna /	Teu magna /	Oxon Egidij sancti
Bloxham /	Donyngton /	Pattishull

[1] *Sic :* for *anglice*. The preceding *in*, however, presumes *anglica lingua*, but should probably have been cancelled.

[2] The only one of these names which is recognisable among the seventeen in the pensions list after the dissolution is that of Katherine Buckley or Bulkeley, then abbess, ' a woman of over 80 years and not likely to live half a year ' (*L. & P.H. VIII*, XIV (2), no. 539, pp. 188, 189). Of the twenty, however, recorded in 1535 (*V.E.* II, 191), twelve of the fifteen in the present list remained, those missing being Cecily Shursill (? Shareshill), Clemence Rouserd and Joan Brestowe (Bristol). Agnes Oxford was then prioress, Elizabeth Stanlake subprioress, Margaret Wolston bursar and Alice Oxford precentrix. The names in the dissolution list are family surnames and cannot be certainly identified with those in this or the 1535 list.

[3] Prioress at the death of Isabel Braynton in 1516–17, elected abbess 1517 (*congé d'él*, 24 March ; royal assent 14 May ; temp. rest. 30 June : *L. & P.H. VIII*, II (2), nos. 3052, 3396, 3416, pp. 980, 1087, 1090). She resigned, being old and in ill-health, in 1535 : *quondam abbatissa* in the 1535 list.

[4] Still prioress in 1535 at Margaret Tewkesbury's resignation. Probably Agnes West, prioress at the dissolution.

[5] Worcetr in 1535. [6] Leycock in 1535. [7] *Sic.*

[8] Possibly Alice West at the dissolution.

[9] Identical with Joan Symondes in the dissolution list. Called Seyman below.

[10] Hartwell in 1535.

[11] Elected abbess in 1535 (*congé d'él.* to Agnes Oxford, prioress, 26 Feb. ; royal assent 16 March ; temp. rest. 14 April ; *L. & P.H VIII*, VIII, g. 291 (39), g. 481 (25), g. 632 (25), pp. 122, 187, 240). Her name is given as Bulkeley or Bewmarys in the last of these documents. If the account of her old age given in 1539 (see above, note 2) is true, she must have been an old woman when elected.

[12] Four names from Buckinghamshire occur in this list, viz. Wolstone (Woolston), Alisbury (Aylesbury), Hertwell (Hartwell), Granboro (Grandborough).

[13] The churches are Bloxham, Great Tew and Oxford St. Giles in Oxfordshire ; High Wycombe and Dunton, Bucks. ; and a moiety of Pattishall, Northants.

Valor redditiuum[1]

Habent eciam in terris et redditibus vt patet circiter cccc marcas et vltra /

Domina[2] abbatissa habet quemdam capellanum nomine Edwardum.

To speke to my lord off Duresme[3] for his kynneswoman dame Johan Seyman / otherwise Oxford after the towne where she was born.[4]

Sunt in monasterio tres juniores moniales et ille nichil habent pro ipsarum vestibus sed sustentantur per alias moniales et ex pensionibus aliarum monialium.

Memorandum quod ordinetur chorus in psallendo , cantando , legendo et alijs diuinis officijs / per precentricem et in eius absencia per succentricem / quia moniales seniores ibidem nolunt decantare et legere secundum quod precentrix ordinauerit.

Memorandum to speke to master doctour FiztJames for his sustre nune off Godstowe.[5]

Et deinde facta rursus eodem die post meridiem exhortacione quadam saluberima / dominus visitacionem suam ibidem dissoluit /

XXIV

GOKEWELL PRIORY

A. fo. 45*d*.

Goukewell prioratus

VISITATIO EXERCITA IN DOMO CAPITULARI IBIDEM DIE VENERIS XXIX^no^ DIE JULII ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO XIX^no^ PER DOMINUM WILLELMUM EPISCOPUM LINCOLNIENSEM PERSONALITER.

Domina Sibilla Thorney priorissa[6]
Domina Elisabeth Wales suppriorissa

[1] The net value in 1535 was £258 10s. 6½d., i.e. nearly 387 marks.
[2] *Ed* cancelled.
[3] Thomas Ruthall, bishop of Durham 1509–1523. He was a native of Cirencester.
[4] See p. 153, note 2.
[5] Dr. Fitzjames is probably James FitzJames, S.T.B., chancellor of Wells 1516–1541, and rector of several churches in Somerset (see Le Neve I, 177, and *Val. Eccl.* I, 133, 134, 152, 153, 166, 185, 186. This seems more likely than a reference to his uncle Richard Fitzjames, the contemporary bishop of London (1506–1522). The family belonged to Somerset, and none of the nuns in the various lists have names which indicate that neighbourhood except Joan Brestowe or Bristol. Sir John Fitzjames, C.J., father of James, was recorder of Bristol 1510–1533. See D.N.B.
[6] Anne Castelford was prioress at the dissolution of the monastery (*L. & P.H. VIII*, XIII (1), p. 1519 (59, p. 568) ; p. 575).

Domina Isabella Vavisour precentrix
Domina Katerina Beswyk subsacrista
Domina Alicia Passemer
Domina Alicia Felde sacrista
Domina Elisabeth Bothe
Domina Johanna Williamson conuersa /

XXV

GORING PRIORY

1. A. fo.

2. L. fo. 143.

1

VISITACIO MONASTERIJ DE GORYNG ORDINIS SANCTI AUGUSTINI LINCOLNIENSIS DIOCESEOS EXERCITA IN DOMO CAPITULARI IBIDEM DIE VENERIS XIX° JUNIJ ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO XVIJ^{O} PER MAGISTRUM EDMUNDUM HORDE DECRETORUM DOCTOREM DOMINI WILLELMI ATWATER EPISCOPI LINCOLNIENSIS AD HOC COMMISSARIUM.

Priorissa[1] dicit quod moniales ibidem cupiunt aliquando accidere[2] in patria ad amicos suos.

Fiat iniunccio quod moniales non transiunt ex septis monasterij absque speciali licencia priorisse.

Moniales dicunt quod domus patitur ruinam / eo[3] occasione quod attemptet in lege contendere cum certis generosis pro quibusdam tenementis eodem[4] monasterio spectantibus.

2

Goryng prioratus

VISITACIO ORDINARIA REUERENDI IN CHRISTO PATRIS ET DOMINI DOMINI JOHANNIS PERMISSIONE DIUINA LINCOLNIENSIS EPISCOPI IBIDEM TENTA DIE JOUIS SEXTO VIDELICET MENSIS OCTOBRIS ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO XXX^{mo} PER VENERABILEM VIRUM MAGISTRUM HENRICUM MORGAN LEGUM DOCTOREM DICTI REUERENDI PATRIS LINCOLNIENSIS EPISCOPI COMMISSARIUM IN HAC PARTE SUFFICIENTER CONSTITUTUM.

Domina Alicia Collishill priorissa dicit quod monasterium in omnibus partibus videlicet in ecclesia , in choro , in claustro , in

[1] The name of the prioress at this date is uncertain. In 1497 Lucy Coleshill was prioress, but possibly by this time she had been succeeded by Alice Coleshill, prioress in 1530. See list in *V.C.H. Oxon.* II, 104.

[2] *Sic :* for *accedere*. Cf. *transiunt* for *transeunt* below.

[3] *Sic :* for *ea*.

[4] *Sic :* for *eidem*.

dormitorio est multum ruinosum in coopertura et in tegulis ac in vno molendino aquatico , et dicit quod emit grana videlicet frumentum et brasium pro monasterio in diuersis annis precedentibus et tanti oneris erat monasterio quod non potuit reparare.[1]

Item monasterium oneratur ere alieno circiter viij li.

Dicit quod magister Yonge est senescallus et habet stipendium xx s. per annum ad terminum vite sue per sigillum commune , etc.

[2]Iniungitur quod non concedatur[3] corrodia aut annuetates alicui sine consensu domini Lincolniensis episcopi.

Et quod domina Anna Stafferton aliquando vilependit iniuncciones licitas per priorissam sibi factas . et quod multociens mittit nuncios ad amicos et alios absque licencia priorisse , et quando reprehenditur paruipendit asserens quod vult mittere nuncios ad eius placitum invita priorissa , etc.

fo. 143*d*.

Domina Elisabeth Lowe subpriorissa dicit quod omnes domus infra monasterium grauem paciuntur ruinam in coopertura et in muris et alijs necessarijs.

Et domina Anna Staferton non est adeo obediens et corrigibilis sicut cetere consorores.

Dicit quod omnes consorores sedent tempore refeccionum in mensa cum priorissa.

Dicit quod in absencia domine Margarete Wodall in choro tempore diuinorum / non habent aliam ad regendum chorum et diuina officiandum ibidem , sicut ipsa *Wodall* facit , quia fauet maxime diuinis officijs et *est* vtilis monasterio.

Domina Anna Stafferton professa dicit quod omnes sunt corrigibiles quantum ipsa nouit.

Dicit quod chorus , claustrum , dormitorium et cetere domus et tenementa tam infra quam extra paciuntur maximam ruinam et dilapidacionem.

Et quod consorores simull sedent tempore refeccionum in mensa cum priorissa.

Monasterium oneratur ere alieno vt audiuit in x libris sterlingorum.

Non habent necessaria tempore infirmitatis.

Aliquando intrant oppidum siue villam de Gorynng bine[4] / causa emendi necessaria , et dicit quod ista examinata consimili modo fecit ad diuersas vices.

[1] *Sic* : for *reparari*.
[2] *Nota* mark in margin.
[3] *Sic* : for *concedantur*.
[4] I.e. in couples.

Iniungatur quod non intrant[1] oppidum absque licencia priorisse vel subpriorisse verbo tenus.

fo. 144.

Dicit quod priorissa est nimis seuera ipsam corrigendo , et istam examinatam punit plus ceteris etc.

Et omnes officiarie[2] sunt in manibus priorisse . Non habet cantricem specialiter nominatam in choro.

Et quod dormitorium maximam[3] patitur ruinam , et columbare et vnum horrium infra precinctum monasterij ad terram sunt collisa , et eciam tenementa infra villam extra precinctum consimili modo dilapidantur , etc.

Dicit quod domina Mergareta Wodall est multum vtilis in choro et pro monasterio et vtilitate eiusdem.

Domina Margareta Woddall[4] professa dicit vt supra quod chorus , dormitorium et claustrum et quedam tenementa infra villam graues paciuntur dilapidaciones propterea quod priorissa erat multum onerata in empcionibus granorum diuersorum anno precedenti , et quod domus oneratur ere alieno videlicet in viij li. et non vltra quantum nouit.

Et quod domina Alicia[5] Stafferton aliquando non est satis obediens in correccionibus licitis sibi interpositis et[6] vilipendit[7] parere huiusmodi correccionibus ad diuersas vices.

Et quod dominus Johannes Rogers capellanus habet iiij li. ad terminum vite sue per sigillum commune[8] , et iam nichill inde percipit propterea quod non facit officium suum infra monasterium prout tenetur per scriptum sigillo communi sigillatum.

fo. 144*d*.

Domina Cecilia Sawnders non professa tamen stetit in habitu ad xix annos . Dicit quod domus infra monasterium et extra multum dilapidantur.

Dicit quod omnes sunt corrigibiles quantum ipsa nouit.

Dicit eciam quod in absencia domine Margarete Wodall tempore diuinorum / chorus non regitur prout in eius presencia , et est multum vtilis ad commodum monasterij.

Aliquando non prouidetur consororibus *in*[9] infirmitatibus de bonis monasterij.

[1] *Sic* : for *intrent*. [2] *Sic*. *Omnia officia* is meant. [3] *g* cancelled.

[4] This exemplary lady, who 'favoured the divine offices' to their advantage, was elected prioress this year, when Alice Coleshill resigned (*V.C.H. Oxon* II, 104). After the dissolution her name appears on the pension list as Margaret Uvedall (*L. & P.H. VIII*, XIII (1) 576.)

[5] Elsewhere called Anna. [6] A word cancelled.

[7] *p* cancelled. [8] *p* cancelled.

[9] Interlined above *tempore* cancelled

Domina Alicia Redyng non professa stetit in habitu ad sex annos . Dicit quod omnia bene fiunt preter quod monasterium eget maxima reparacione , etc.

Elisabeth Banester non professa dicit quod si domina Margareta Woddall fuerit egrota existens extra chorum tunc nullam habent ibi consororem habilem ad regendum diuina seruicia in choro , quoniam ipsa multum vtilis est ad regendum diuina seruicia et eciam multum vtilis ad consulendum priorisse pro communi vtilitate domus.

fo. 145.

Alicia Redyng[1] non professa stetit in habitu ad tres annos et vltra . Dicit quod reparaciones infra monasterium et extra non sunt sufficienter facte sed multum ruinantur vt audiunt.

Alicia Clark non professa stetit in habitu ad quatuor annos . Dicit quod omnia bene fiunt preter reparaciones monasterij , etc.

Yniungitur quod nulla monialis fiat commater alicuius prolis.

Deinde judex istam visitacionem ordinariam continuauit vsque in vigiliam sancti Thome appostoli[2] et in quemlibet diem juridicum infra[3] . xvij^{mo} Decembris modo predicto magister doctor Morgan per litteras sub sigillo suo prorogauit eandem visitacionem vsque in vigiliam purificacionis beate Marie proximam[4] . Et xxij^{do} die eiusdem mensis in domo capitulari prioratus predicti prorogauit eandem visitacionem in[5] vigiliam prefatam et in quemlibet diem iuridicum infra.[6]

XXVI

GRACEDIEU PRIORY

1. A. fo. 137*d*.
2. L. fo. 19

1

Gracedieu visitatio exercita ibidem per magistrum Thomam Swayn commissarium etc. die Lune v^{to} Julij anno domini millesimo cccc^{mo} xviij^{mo}.

Petitur vt domina Lucia[7] suppriorissa dimittatur a matutinis tempore nocturno propter ipsius senectutem quia stetit in religione liiij^{or} annis/

Domina Felicia Crispe[8] celeraria non bene prouidit pro infirmis

[1] Interlined above *Elisabeth Banester* cancelled. [2] 20 Dec.
[3] *xxij* cancelled. [4] 1 February. [5] *diem* cancelled.
[6] Ff. 145*d*, 146, 146*d* are blank. [7] No surname given.
[8] Neither this nun nor the next were in the convent at the visitation ten years later. The name of the prioress at this date does not seem to be known, but Margaret Youche (? Zouche) was prioress in 1509–10 (*L. & P.H. VIII*, I (3), no. 438 (1), m. 11, p. 208).

neque eis ministrat esculenta et alia necessaria / Sed nimis parce eis ministrat[1] candelas et esculenta atque focalia.

Domina Elisabeth Staunton non habet integre stipendium suum quia alie moniales habent per annum xs. ipsa enim habet nisi vj s. viij d.

Eadem celeraria non ministrat sororibus salubria esculenta sed sororibus surgentibus ad matutinas ministrat in cena bouinas carnes frigidas/

Creditur quod domina priorissa vastat boscum et subboscum vltra modum circa combustionem laterum[2] et dicit quod le tyle kylne non cedit in commodum domus sed pocius in detrimentum eiusdem.

Domina Felicia Crispe celeraria non surgit ad matutinas.

2

Gracedie[u]

VISITATIO EXERCITA IN DOMO CAPITULARI [IBIDEM DIE] JOUIS XVJ^{O} DIE JULIJ [ANNO] DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO XXVIIJ^{uo} PER MAGISTRUM JOHANNEM RAYNE CAN[CELLARIUM].

Primo cancellarius proposuit verbum dei : deinde comparuerunt iste moniales subscripte videlicet[3]
Domina Agnes Litherland priorissa[4]
Domina Anna Greysley subpriorissa[5]
Domina Katerina Cheselden[6]
Domina Anna Cosseby
Domina Elisabeth[7] Hawll
Domina Mergareta Knottisford[8]
Domina Anna[9] Geylott[10]
Domina Dorothea Inglishe[11]
Domina Mergareta Podrell[12]
Domina Anna Asheby[13]
Domina Emma Michell

[1] *eis* repeated and cancelled. [2] I.e. burning bricks.
[3] Fourteen nuns are named, including the prioress. In 1536 there were fifteen 'with the prioress, of good and virtuous conversation and living' (*L. & P.H. VIII*, X, no. 1191, p. 497). Fifteen are named, without the prioress, in the pension lists after the dissolution (*ibid.* XIII (2), no. 839 (9), p. 349 ; XIV (1), p. 600).
[4] Annes Lytherland in the first pension list, but not named in the second. She was appointed prioress in August, 1536 (*ibid.* XI, g. 385 (23), p. 156), and was present at the surrender, 27 Oct., 1538 (*ibid.* XIII (2), no. 700, p. 268).
[5] Grasley (i.e. Gresley) in pension lists.
[6] Chesyleyne in pension lists. [7] *Odell* cancelled.
[8] Knotforde, Knottford in pension lists. [9] Perhaps *Amia*.
[10] Called Anne Gyllotte in first, Amy Gyllott in second pension list. A member of a family well known in Leicester. See *Wyggeston Hosp. Records*, 1933, pp. xiii, xiv.
[11] Englysshe in pension lists. [12] Powtrell in pension lists.
[13] Called Amy Ashby in first pension list, Anne Assheley in second.

Domina Elisabeth Presbery
Domina Johanna Barwell
Domina Elisabeth Bagott[1]

Dicte priorissa et conuentus habent ecclesiam parrochialem de Belton.[2]

Priorissa . Dicit omnia bene
Greisley . Dicit omnia bene
Cheselden . Dicit omnia bene /
Cosseby . Dicit omnia bene
Inglishe . Dicit omnia bene
Presbery . Dicit omnia bene
Elisabeth Hall . Dicit omnia bene
Knottisford . Dicit omnia bene
Gyllot . Dicit omnia bene
Powdrell . Dicit omnia bene
Asheby . Dicit omnia bene
Michell . Dicit omnia bene
Barwell . Dicit omnia bene /
Bagott . Dicit quod inquantum ipsa nouit omnia in monasterio prospere se habent /

Qua quidem examinatione sic facta / dominus visitator quia nichil comperit visitacione dignum hortatus est priorissam et omnes moniales huius monasterij quod quemadmodum religiose vixerunt ita perseuerabunt et quod officia diuina diurnis nocturnisque temporibus laudabiliter obseruent et sic visitationem suam ibidem dissoluit /

XXVII

GREENFIELD PRIORY

1. A. fo. 52
2. L. fo. 2

1

Grenefeld prioratus

VISITACIO EXERCITA IBIDEM IN DOMO CAPITULARI XVIIJ^{uo} DIE JULII ANNO DOMINI MILLESIMO CCCCC^{mo} XIX^{no} PER REUERENDUM IN CHRISTO PATREM DOMINUM WILLELMUM DEI GRACIA LINCOLNIENSEM EPISCOPUM PERSONALITER.

Domina Margareta Nucome non est obediens senioribus suis.

[1] Not named in either pension list, in which there are two new names, viz. Elizabeth Farnham and Elizabeth Trotter.

[2] Gracedieu is locally in the parish of Belton. The prioress and convent held the church in appropriation from c. 1270, when a vicarage was ordained, 9 May (*Rot. Gravesend* [Cant. & York Soc.], p. 151).

Domina priorissa[1] habet secum continue in mensa dominas Margaretam Billesby et Agnetem Stanley / Petitur vt nunc eas tunc alias habeat secum in mensa sua / quia commedentes[2] cum priorissa solebant habere aliquas libertates plus quam alie commedentes in refectorio.

2

Grenefeld prioratus

VISITACIO EXERCITA IN DOMO CAPITULARI IBIDEM ILJ^{cio} DIE JULIJ ANNO DOMINI MILLESIMO CCCCC^{mo} XXV^{to} PER MAGISTRUM JOHANNEM RAYNE REUERENDI IN CHRISTO PATRIS ET DOMINI JOHANNIS DEI GRACIA EPISCOPI LINCOLNIENSIS VICARIUM IN SPIRITUALIBUS GENERALEM.

Exhibito primitus per priorissam certificatorio in scriptis sub sigillo officij sui / ac expositis per dominum visitatorem articulis huiusmodi visitacionis et salubri exhortacione facta / comparuerunt hee sequentes moniales.

Domina Isabella Smyth priorissa[3]
Domina Agnes Graunde
Domina Johanna Walbanke
Domina Margareta Pynder
Domina Mergareta Newcome
Domina Isabella Prytfeld
Domina Maria Sherewod
Domina Agnes Jonson

Priorissa . Priorissa querelando retulit quod ipsa per quosdam emulos suos est diffamata quod mater fuit vnius prolis[4] anno elapso ; super quod fidem fecit se minus esse cupabilem[5] et obtulit se purgari / Deinde se purgauit vt patet ex altera parte huius folij.[6]

Graunde . Domina Mergareta Newcome est disobediens aliqualiter . Ipsa domina Mergareta habuit prolem pro quo fuit incarcerata et alias correcta per priorissam / Iniunctum est domine[7] Mergarete Newcome quod ipsa deinceps sit obediens priorisse et alijs superioribus suis vt deberet ; et est eciam eidem iniunctum quod ipsa deinceps intersit omnibus officijs diuinis psallendo et legendo vt alie moniales faciunt / et quod nullo modo[8] ammodo loquatur cum aliquo extraneo sine licencia expressa.

[1] The prioress was Elizabeth Billesby, elected 1518 (*V.C.H. Linc.* II, 156).
[2] *g* cancelled.
[3] She had succeeded Elizabeth Billesby in 1521. At her death in 1530 Anne (or Agnes) Guderyk, not in this list, took her place and was prioress at the dissolution (*V.C.H. Linc., ut sup.*).
[4] *al* cancelled. [5] *Sic* : for *culpabilem*. [6] See below, at fo. 2*d*.
[7] *priorises* cancelled. [8] *adiu* cancelled.

Walbank . Domina priorissa aliquando retulit monialibus ea que sibi secrete[1] deteguntur per istam deponentem / Agnes Kettyll quam domina priorissa intendit habere monialem est[2] suscitatrix discordie . Dominus Johannes West dixit quod audiuit dici quod ista deponens esset grauida , diffamando eandem / Domina Mergareta Newcome aliquando est absens a matutinis / Priorissa est[3] aliqualiter onerosa domui per admissionem patriotarum et consanguineorum suorum.

Pynder . Domina Mergareta Newcome non ita obediens est vt deberet.

Newcome . Ista fuit impregnata per dominum Willelmum Wharton qui iam moratur Londoniensi diocesi vt dicitur . Ista fuit correcta per priorissam / Domina Agnes Graunde est leuis condicionis et notatur aliqualiter cum Jacobo Smyth / Agnes Kettill non videtur apta esse monialis /

Prytfeld . Agnes Graunde obiurgat aliquando cum sororibus suis.

Sherewod . Omnia bene inquit.

Jonson . Recte ait omnia gubernari Dicit Agnetem Kettill non esse aptam esse[4] monialem.

[fo. 2*d*.]

Die Lune iij^{cto} die Julij anno Domini m^{mo}ccccc^{mo} xxv^{to} coram domino vicario generali in domo capitulari domus monialium de Grenefeld iudicialiter sedente / constituta personaliter domina Isabella Smyth priorissa domus monialium de Grenefeld , notata quod esse[5] mater vnius prolis . negauit illum articulum et produxit secum in compurgatrices suas dominam Elisabeth Billesby . vxorem domini Andree militis , Elisabeth Currant vxorem Ricardi Corant de Aby , Johannam Maydenwell de Grenefeld viduam / Agnetem Graunde Mergaretam Pynder / Johannam Walbank et Mergaretam Newcome moniales de Grenefeld, quas omnes dominus admisit / Et deinde ipsa priorissa iurauit de veritate quod nunquam erat mater alicuius prolis nec vnquam cognita fuit ab aliquo ; quo iuramento per eam sic prestito prenominate sue compurgatrices iurauerunt ad sancta Dei euangelia de credulitate / Dicta autem domina Elisabeth Billesby vxor Andree Billesby militis et Elisabeth Currant ac Johanna Maydynwell ideo producte fuerunt in compurgatrices quia presentes fuerunt cum dicta priorissa tempore infirmatis[6] sue quando ita erat diffamata et inspexerunt corpus et vbera eius / Et deinde facta huiusmodi purgacione dominus declarauit illam canonice fuisse purgatam ac ipsam sic purgatam dimisit.

[1] *sibi* repeated and cancelled.
[2] *stu* cancelled.
[3] *alit* cancelled.
[4] *Sic :* repeated.
[5] *Sic :* for *esset.*
[6] *Sic :* for *infirmitatis.*

Deinde dominus die sequenti iniunxit domine Agneti Graunde quod ipsa singulis quartis et sextis ferijs per ij menses proximos se prostrabit in domo capitulari , ita quod omnes moniales ibidem pretereuntes ipsam supeditabunt.

Et similem penitenciam iniunxit domine Mergarete Newcome per vnum mensem proximum.

Iniunxit eciam domine[1] Johanne Blake[2] quod ipsa singulis sextis ferijs per quartam partem vnius anni[3] disciplinas in domo capitulari ibidem recipiet.

Et eciam iniunxit omnibus monialibus quod ipsarum quelibet pacienter feret correcciones sibi impositas nec eas a capitulo[4] reuelabit sub pena incarceracionis per vnam mensem sequentem /

Et eciam iniunxit omnibus monialibus quod ipse omnes sint presentes temporibus diuinorum in ecclesia ibidem sub pena jeiuniacionis die sequenti pane et aqua pro quolibet defectu / nisi fortassis aliqua monialis ex causa iusta aut per licenciam priorisse a diuinis absens fuerit /

Quibus iniunctionibus sic factis dominus visitacionem suam ibidem dissoluit.

XXVIII

GRIMSBY, ST. LEONARD'S PRIORY

L. fo. 14*d*

Grymesby moniales

VISITACIO EXERCITA IBIDEM IN DOMO CAPITULARI XXVIIJ^{uo} DIE JUNIJ ANNO 1525 PER MAGISTRUM JOHANNEM REYNE REUERENDI IN CHRISTO PATRIS DOMINI JOHANNIS EPISCOPI LINCOLNIENSIS CANCELLARIUM.

Priorissa videlicet domina Beatrix Tharrald[5] . Certificauit se exequtam fuisse monitionem alias sibi pro visitatione domini transmissam / viue vocis sue oraculo , quod dominus admisit . Deinde comparuerunt he sequentes moniales.

Asserit priorissa omnia esse bene /

Domina Elisabeth Harryson[6] . Nichil detegit reformandum / Fiat tamen iniunctis ne moniales sint comm . . . . .[7]

[1] *Alicie* cancelled.

[2] *Sic :* for *Walbanke*, whose family surname was possibly Blake.

[3] *cor* cancelled. [4] I.e. outside chapter.

[5] I.e. Thorold. *V.C.H. Linc.* II, 179, notes an anonymous Beatrice, who occurs as prioress in 1507.

[6] Subprioress at dissolution. See pension list, *L. & P.H. VIII*, XIV (1), no. 173, p. 51, in which the only change from the present list is that Anne Malett is gone and there is a new name, Margaret Bettnesse.

[7] Probably *commatres*. For an instance of a nun acting as a godmother see p. 126 above.

Domina Johanna Rosse[1] . Asserit singula in monasterio recte gubernari.

Domina Anna Malett[2] . Perfecte singula peraguntur.

Domina Isabella Kyngston[3] . Religiose honesteque aguntur vniuersa.

Domina Mergareta Redsdale[4] . Cunta negocia monasterij perfecte aguntur.

Domina Beatrix Frankishe[5] . Omnia bene nec quicquam nouit mali.

Domina Johanna Londisdale[6] . Omnia sperat firmiter bene subsistere.

Qua quidem examinacione sic facta dominus visitationem suam ibidem vsque . . . . . [festum] Omnium Sanctorum proximum et quemlibet diem citra continuauit . . . .[7]

XXIX

HEYNINGS PRIORY

A. fo. 56*d*.

Hevynnynges monasterium

VISITACIO EXERCITA IN DOMO CAPITULARI IBIDEM DIE MERCURIJ IIJ^cio^ DIE AUGUSTI ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO XIX^no^ PER REUERENDUM IN CHRISTO PATREM ET DOMINUM DOMINUM WILLELMUM DEI GRACIA LINCOLNIENSEM EPISCOPUM PERSONALITER.[8]

XXX

HIGHAM FERRERS COLLEGE

A. fo. 125.

Higham Fereys collegium

VISITACIO EXERCITA IN CAPELLA IBIDEM DIE LUNE XJ^mo^ DIE JUNIJ ANNO DOMINI MILLESIMO CCCCC^mo^ XX^mo^ PER MAGISTRUM RICARDUM ROSTON VICARIUM GENERALEM ET CETERA , ASSISTENTE SIBI MAGISTRO JOHANNE BURGES IN SACRA THEOLOGIA BACALLARIO.

[1] Roosse in pension list.
[2] Prioress in 1529 (*V.C.H. Linc., ut sup.*). She probably died shortly after, as her name is not on the pension list.
[3] Kyngesdon in pension list.
[4] Prioress at the dissolution : Ryddesdale in pension list.
[5] Frankysshe in pension list. [6] Lowndesdale in pension list.
[7] Ff. 15, 15*d* are blank.
[8] No further record remains. At the dissolution the pension list includes the names of Jane Stanforde, the prioress, and eleven nuns (*L. & P.H. VIII*, XIV (i).)

Nomina[1]

Magister Ricardus Willes custos
Dominus Willelmus Pollard vicecustos
Dominus Walterus Ireland preceptor gramatices
Dominus Johannes Lambart
Dominus Ricardus Sherrington
Dominus Robertus Elyot

Johannes Philip
Ricardus Hoore
Willelmus Perkyns
Willelmus Symson
} clerici

Johannes Osborne
Johannes Newton
Johannes Burton
Thomas Pillesbury
Ricardus Litilcester
Willelmus Lambert
} choriste

Ijdem habent vicariam ecclesie parrochialis de Higham Fereys.[2]

Et in terris et tenementis circiter annuum valorem[3] clxxxx li.[4]

Ricardus Britton auditor collegij , habens feodum annuale xxvj s. viij d. sub sigillo communi illius collegij ad terminum vite sue , non est diligens in officio suo nec est paratus annuatim recipere computos magistri et aliorum officiariorum collegij , adeo quod illius negligentia fit quod magister non reddit compotum annuatim administrationis sue / nec socij collegij sunt certiores de statu domus . Iniunctum est gardiano quod ipse reddat computum coram aliquo auditore et illum ostendat tam socijs illius collegij quam domino episcopo Lincolniensi seu alicui officiariorum suorum infra xiiij dies post festum sancti Michaelis proximum sub pena suspensionis a celebracione diuinorum.

Vxor Roberti Pen coci collegij sedet diebus singulis seu saltem

[1] Of the master and chaplains named here none were in the college in 1535 (*Val. Eccl.* IV, 309), when Robert Gulson (or Goldson) was warden, Thomas Freer vicewarden, and Nicholas Stere schoolmaster, and there were four other chaplains, Thomas Gamon, Thomas Pykkell, Roger Browne and Hugh Garsett. Distribution of money among the poor at the obit of Richard Wyles by his ordainment is mentioned *ibid.* He died in 1523 and was buried (master Richard Wylles) in the chancel of the church. The inscription on his brass is given by Bridges, *Hist. Northants* II, 175.

[2] The vicarage had been appropriated in 1357 to the dean and canons of the Newarke college at Leicester (*Hist. Hosp. & Coll. Annunc. B.V.M. in Newarke, Leicester*, pp. 32, 33.) When Archbishop Chichele founded the college at Higham Ferrers, 28 Aug. 1425, he decreed that the office of master or warden should be perpetual and compatible with the vicarage of the parish church, which was thus virtually annexed to it (*Cal. Pat. Rolls* 1422–1429, p. 473). The custom, however, was that the warden, after his admission to office by the archbishop of Canterbury, was presented by the dean and canons of the Newarke college to the vicarage, to which he was instituted by the bishop of Lincoln.

[3] *clij li.* cancelled.

[4] In *Val. Eccl., ut sup.*, the gross revenue was valued at £204 5s. 6d., the net at £156 2s. 7½*d.*, and, after deducting the chaplains' salaries, £93 1s. 9½*d.*

communiter in mensa in[1] aula collegij antedicti cum seruientibus magistri collegij , quod non videtur consonum honestati collegij . Iniunctum est gardiano quod[2] deinceps ipsa vxor non sedeat in mensa in aula vllo pacto , nisi fortassis cum alijs extraneis mulieribus per gardianum vocatis et neque sic nisi rarissime / sub pena preinserta.

Socij collegij aliquando exeunt collegium in villam de Higham pro ipsorum libito , soli eciam sine licencia , contra statuta collegij , cum deberent exire bini et bini et non sine licencia nec sine honesto commite . Iniunctum est istis socijs quod deinceps non exeant collegium in villam de Higham nisi bini et bini nec sine licencia , et est iniunctum gardiano quod ipse hoc faciat diligentissime obseruari / nisi fuerit in officio aliquis sociorum et exiuerit in causis collegij , sub pena contemptus.

Cauetur ex statutis collegij quod socij temporibus refectionum vtantur eloquio latino / hoc tamen hijs diebus non obseruatur / Iniunctum est quod hoc statutum deinceps obseruetur iuxta tenorem eiusdem.

Socij collegij deberent incedere in festis principalibus in eadem secta et in vno colore togarum . Hoc tamen non omnino obseruatur hijs diebus . Est iniunctum quod eciam hoc omnino obseruetur.

Non remanet in collegio copia aliqua munimentorum sub communi sigillo sigillatorum , nec est in collegio aliquod registrum huiusmodi actorum / Iniunctum est gardiano quod ipse deinceps faciat registrum munimentorum sub sigillo communi emanancium et aliorum actorum vtilitatem collegij tangencium.

Sunt iam in collegio nisi tres socij perpetuati[3] presbiteri , cum ex statutis deberent esse ibidem septem . Iniunctum est gardiano quod ipse citra festum *Natalis* proxime futurum prouideat de numero sociorum in collegij statutis expresso sub pena excommunicacionis , et quod interim habeat ibidem aliquos presbiteros conducticios et amotiuos qui onera sociorum poterunt supportare prout commode poterit prouideri.[4]

Et deinde xij^mo^ die mensis Junij retroscripto dominus vicarius generalis in capella dicti collegij iudicialiter sedens , presentibus ibidem gardiano et socijs presbiteris , visitacionem huiusmodi salua potestate transmittendi preinsertas Iniuncciones et alias oportunas [dissoluit].

[1] *all* cancelled. [2] *ipse* cancelled. [3] *Sic :* for *perpetui.*

[4] The original foundation, in pursuance of royal letters patent, 2 May, 1422 (*Cal. Pat. Rolls* 1416–1422, p. 441 ; 1422–1429, p. 472 ; printed *Monasticon* VI (iii), 1425–6), provided for eight chaplains, including the master or warden, four clerks and six choristers. The three priest-fellows in this case must mean the three named in addition to the warden, vice-warden and schoolmaster, unless it means that three of the six were only in deacon's orders. In 1535 (*Val. Eccl., ut sup.*) the number of fellows had been increased by one.

XXXI

HINCHINGBROOKE PRIORY

L. fo. 73

Fynchyngbroke[1] . . . .

VISITACIO EXERCITA IBIDEM IN DOMO CAPITULARI[2] . . . . . XXXmo PER DOMINUM CANCELLARIUM.

Domina Alicia Wylton priorissa[3]

Domina Agnes Higdon

[Priorissa] dicit omnia bene.

Domina Agnes Higdon dicit omnia bene.

Dominus iniunxit priorisse quod . . . . . citra festum sancti Michaelis . . . . prouidebit de alijs duabus [monialibus] . . . ibidem . . . .

Deinde dominus cancellarius [visitacionem continuauit usque ad] . . . diem Nouembris et quemlibet diem citra.

XXXII

HUMBERSTONE ABBEY

1. A. fo. 56.

2. L. fo. 3*d*

1

[4] Humbreston monasterium ordinis sancti Benedicti

VISITACIO EXERCITA IN DOMO CAPITULARI IBIDEM PER MAGISTRUM RICARDUM ROSTON DOMINI WILLELMI EPISCOPI LINCOLNIENSIS VICARIUM IN SPIRITUALIBUS GENERALEM DIE[5] JOUIS XXIJmo DIE JULIJ ANNO DOMINI MILLESIMO CCCCCmo XIXno.

Dominus abbas[6] dicit quod commonachi sui non surgunt ad matutinas temporibus nocturnis vt deberent et consueuerunt.

Dicit eciam dominus abbas quod monachi aliquando pernoctant extra monasterium contra preceptum suum.

Dominus Willelmus Bridlington[7] dicit quod dominus abbas

[1] *Sic.* [2] Part of word cancelled.

[3] She was still prioress in 1535 (*Val. Eccl.* IV, 255). The name of the prioress at the dissolution is left blank in the grant of the site, etc., of the priory to Richard Williams or Crumwell, 8 March, 1537–8 (*L. & P.H. VIII*, XIII (i), g. 646 (12), pp. 241, 242.)

[4] *Welhoo* cancelled. [5] *Sabbati.*

[6] The name of this abbot is not forthcoming. The name of William Connyby, i.e. Coningsby, occurs in 1522 (*V.C.H. Lincoln*, II, 134).

[7] He was one of the six signatories to the acknowledgment of the Royal Supremacy, 19 Aug, 1534 (*Monasticon*, IV, 430. See *L. & P.H. VIII*, VII, 1121 (30), p. 441).

nullum reddit computum administracionis sue , nec sunt fratres certiores de statu monasterij.

Dominus Johannes Tikkyll dicit quod abbas non reddit computum et quod non habent exequias semel in anno pro fundatore monasterij vt deberent[1] . Et eciam dicit quod[2] parce habent cibaria , nec sunt fercula sufficiencia neque esculenta salubria.

Dominus Robertus Conesby[3] dicit vt predicti fratres sui dixerunt.

Dominus Thomas Ernysby[4] nuper abbas dicit quod monachi circumeunt patriam ad exequias et missas pro defunctis dicendas et omittunt atque negligunt officia diuina in monasterio , nec orant pro benefactoribus monasterij vt deberent . Dicit eciam quod sunt ibidem nisi duo dumtaxat monachi preter abbatem et [istum deponentem].

Et quedam generosa nuncupata magistra Flemyng hospitatur infra monasterium quam cupiunt amoueri ; et petunt ne alique mulieres hospitentur infra monasterium.

Dicitur eciam quod dominus episcopus Lincolniensis est fundator illius monasterij.[5]

Dicunt eciam abbas et conuentus quod terre et tenementa monasterij atque possessiones eiusdem extendunt ad lx libratas , et quod tenementa sunt competenter reparata.

Duo calices / quinque cape / tria integra vestimenta pro presbitero diacono et subdiacono / ij alia vestimenta / ij . . . . . / j baculus pastoralis valde sumptuosus / et habent libros sufficientes . . . . . vnum ciphum argenteum vocatum A nute , oues xiij^{xx} boues xvj , vaccas . . . . porcos xxx / x^{cim} quarteria frumenti / xij quarteria brasij . Possunt vendere annuatim xx quarteria frumenti ex incremento iconomie.

2

[6] Humbreston monasterium

VISITACIO EXERCITA IN DOMO CAPITULARI IBIDEM PENULTIMO DIE JUNIJ ANNO DOMINI 1525to PER MAGISTRUM JOHANNEM RAYNE REUERENDI IN CHRISTO PATRIS DOMINI JOHANNIS EPISCOPI LINCOLNIENSIS CANCELLARIUM.

Exhibito primitus per abbatem certificatorio in scriptis sub

[1] The reputed founder was William son of Ralph son of Drew (Drogo), temp. Hen. II. See *Monasticon* IV, *ut sup.*

[2] *quod* cancelled.

[3] I.e. Coningsby. His name is affixed to the acknowledgment of the Royal Supremacy (see note 7, p. 167 above), and appears as Robert Conysbe in the pension list (*L. & P.H. VIII*, XIII (i), p. 576).

[4] I.e. Arnesby.

[5] It is not clear how the patronage had lapsed into the bishop's hands, nor is its earlier history very clear.

[6] *Welhoo* cancelled.

sigillo officij sui comparuerunt personaliter hij subsequentes monachi.

Dominus Stephanus abbas.[1]
Frater Willelmus Brydlington
Frater Johannes Beywys.
Frater Robertus Verges

Quibus ibidem personaliter constitutis ac expositis verbo Dei et articulis huiusmodi visitacionis per dominum visitatorem , idem visitator ad inquisicionem et examinacionem monachorum processit ; qui omnes separatim examinati dixerunt et detegerunt[2] vt sequitur /

Abbas . Fratres non sunt obedientes abbati / Aliquando exeunt monasterium sine licencia et ludunt ad tennisios in villa de Humberston[3] . Dominus iniunxit omnibus monachis quod ipsi omnes sint obedientes abbati et alijs suis superioribus vt deberent / Item iniunxit[4] omnibus monachis ne aliquis ipsorum aliquo modo exeat monasterium sine licencia et quod non intrent villam de Humbreston nec ibidem ludant nisi de expressa licencia et ex causa iusta / et quod nullo modo ludant ad tenisios.[5]

Bridlyngton . Abbas subtrahit ab isto deponente v s. iiij d. annuatim pro satisfaccione xiij s. iiij d. quos ipse re vera non deberet soluere . Fratres Bewys et Verges non sunt omnino obedientes / Monachi non habent jantacula[6] / nec habent panem neque potum nisi in promptuario abbatis , et cum pincerna abest monachi non poterunt habere potum antequam ipse reuertatur / Abbas non soluit stipendia monachorum vt deberet sed subtrahit partem stipendiorum suorum . Dominus iniunxit abbati quod ipse soluat annuatim cuilibet monacho stipendium xx s. pro vestimentis suis emendis / Et eciam iniunxit abbati quod monachi habeant aliqua iantacula diebus feriatis / et eciam quod monachi monasterij habeant panem et potum necessarios singulis diebus in infirmaria[7] hora quarta post meridiem et iterum post cenam.

Bewys . Abbas non soluit stipendium abbatis[8] sed subtrahit magnam partem eorundem stipendiorum . Monachi non habent jantacula nec bibunt ante horam xj^{am} vel xij^{am} singulis diebus , nec habent potum in infirmaria nec possunt habere potum nisi a promptuario abbatis / Abbas contra honestatem domus et religionis

[1] *V.C.H. Linc.* II, 134, notes Stephen as abbot in 1525. Of the three other monks Brydlington and Beywys (Bewys) were still in the convent in 1534 (see p. 167 above, note 7).
[2] *Sic.* [3] *Nota* in margin. [4] *abbati* cancelled.
[5] The earliest use of the word 'tennis' in English quoted in *N.E.D.* is by Gower c. 1400. On the history of the word and its origin see also *N.E.D.*
[6] *Jentaculum* is the *petit déjeuner* or informal breakfast taken to stave off hunger for the *prandium* or mid-day meal.
[7] Written as if *infirmariam.* [8] *Sic* : for *monachorum.*

incedit diebus feriatis vestibus laceratis et immundis / et laborat circa fenum et grana ad modum laici / et facit omnes monachos suos ita laborare ab hora octaua vsque horam quintam vel sextam post nonam / nullo religioso dimisso infra monasterium , et compellit monachos suos in anglicis to in[1] the water to the calff of the legg a[2] to the kne to fetche the hay owt off the water[3] Dominus iniunxit abbati quod ipse congruis horis et certis habeat refectiones suas tam in cena quam in prandio , et quod ipse non compellat fratres suos laborare in feno vel granis nisi fortassis per duas vel iij horas in die ita quod non omittantur diuina officia ea occasione ; et quod tam ipse abbas quam monachi honeste incedant / et quod semell in anno monachi de licencia abbatis semell in septimana omnes insimul in recreacione exeant et simul reuertantur nec intrent aliquam domum.

Verge[4] . Stipendia monachorum subtrahuntur / officia diuina fiunt sine nota . Dominus iniunxit quod amoda[5] cantent missas et alia prout commode poterunt.

Quibus quidem iniunctionibus sic factis dominus visitacionem suam ibidem[6] vsque primum diem Maij proximum et quemlibet diem citra / continuauit.

XXXIII

HUNTINGDON PRIORY

1. A. fo. 138
2. L. fo 73*d*

1

Hunt' prioratus

VISITACIO EXERCITA IBIDEM PER DOMINUM WILLELMUM EPISCOPUM LINCOLNIENSEM PERSONALITER XJ^{mo} DIE JUNIJ ANNO DOMINI 1518mo IN DOMO CAPITULARI IBIDEM.

Terre et tenementa monasterij ad extra sunt in magna ruina / Atque eciam rectorie et cancelli ecclesiarum prioratui appropriatarum sunt nimium ruinosi.[7]

Eciam domus nonnulle infra situm prioratus edificate ob defectum debite reparacionis magnum paciuntur decasum et minantur ruinam.

[1] *Sic.* What is needed is obviously 'to go in.'
[2] *Sic :* for *or.*
[3] *Nota* in margin : *Verges* cancelled.
[4] *Sic :* for *Verges.*
[5] *Sic :* for *amodo.*
[6] *dissoluit et ipsos in pace di* (sic) *dimisit* cancelled.
[7] The appropriated churches were Great Gidding, Great Stukeley, Hail Weston, Hartford, Hemingford Grey and Winwick in Huntingdonshire and Evenley in Northamptonshire. See *V.E.* IV, 154.

Prioratus ille nonnullis creditoribus extat indebitatus ad summam[1] cxxx li.

Jocalia prioratus[2] impignorantur et nescit conuentus in quorum sunt custodia.

Canonici non sunt presentes in choro temporibus diuinorum diurno et nocturno temporibus / videlicet senescallus et celerarius.

xiiij Junij anno predicto dominus in domo capitulari ibidem iudicialiter sedens continuauit visitacionem suam vsque ad[3] festum Pasche proximum et quemlibet diem citra et deputauit suppriorem et dominum Johannem Godmynchester administratores spiritualium et temporalium illius domus.

Deinde die Martis iij^{cio} die Augusti anno predicto magister Thomas Swayn domini Lincolniensis episcopi commissarius in domo capitulari ibidem iudicialiter sedens visitacionem domini episcopi ibidem pendentem vsque ad et in diem Martis proximum post festum Ascensionis Domini proximum[4] et ad quemlibet diem citra cum continuacione dierum tunc sequencium de consensu prioris et totius capituli ibidem continuauit et prorodauit.

Edwardus Watson.[5]

2

Huntyngdon . . . .

VISITACIO EXERCITA IN DOMO . . . . . .

[Facto] primo certificatorio . . . . . comparuerunt omnes . . . . . .

Dominus Willelmus Gidding prior[6]
Dominus M . . . . . breng . . . subprior
Dominus Thomas Southo senescallus
Dominus Edmundus . . . . Hemingford sacrista

[1] *c* blotted and cancelled.
[2] *one* cancelled.
[3] *finem* cancelled.
[4] 7 June, 1519.
[5] Edward Watson's customary *parafe* between Christian name and surname.
[6] This record is in such a bad state that it is almost undecipherable. There were, however, ten canons, including the prior, and one lay brother. The last prior, Robert Broughton, had died in 1521 : the priory was then in the king's hands owing to the attainder of Edward, duke of Buckingham, and a *congé d'élire* was granted 6 Nov. (*L. & P.H. VIII*, III (ii), no. 1747, p. 737). Presumably William Gidding was elected. He resigned in 1532 : the consequent *congé d'élire* bears date 30 May (*ibid.* V, g. 1139 (4), p. 507), and on 23 July the royal assent was given to the nomination of Hugh Whitwick by the bishop of Lincoln (*ibid.* V, g. 1207 (43), p. 530). The house, wrote the bishop to Cromwell on 21 Nov., was 'left almost as poor as Job by the negligence of the last prior' (*ibid.* V, no. 1565, p. 657). In 1534 twelve canons subscribed to the Royal Supremacy (*ibid.* VII, no. 891, p. 329). There were nine signatories to the surrender, 11 July, 1538, among whom were Hugh Oliver the prior, obviously identical with Whitwick, and William Williams, sometime prior, who may similarly be identified with Gidding (*ibid.* XIII (i), no. 1360, p. 507). Of eight names on the pension list, it is difficult to identify any positively with a name in the present list.

Dominus Nicholaus Elington sacerdos
Dominus Johannes . . . . . .
Dominus Willelmus . . . . . .
Dominus Johannes . . . . . .
Dominus Laurencius . . . . . .
Frater Willelmus . . . . . .
. . . . . .

XXXIV

IRTHLINGBOROUGH COLLEGE

1. L. fo. 118

2. L. fo. 121

1

Yrtlingburgh collegium[1]

VISITACIO EXERCITA IN DOMO CAPITULARI IBIDEM IN CAPELLA BEATE MARIE DIE VENERIS PROXIME POST FESTUM SANCTI BARTHOLOMEI ANNO DOMINI MILLESIMO CCCCC^{mo} XXX^{mo} PER DOMINUM CANCELLARIUM.

Decanus certificauit viua voce se exequtum fuisse litteras monitorias pro visitacione et deinde comparuerunt tunc ibidem hij subscripti videlicet.

Ricardus Stokes decanus[2]
Henricus Byrde[3]
Magister Egidius Cowpar[4]
Dominus Johannes Haldesworth[5]
} socijs[6] ex antiqua fundacione

Dominus Robertus Cartar
Dominus Robertus Moer
} socijs ex noua fundacione domine Chyeney.[7]

[1] This and the following record refer to the same visitation on 26 Aug., 1530.

[2] Master Richard Stockis, S.T.B., inst. to the deanery 22 Dec., 1519, res. by 10 Nov., 1526 (*Assoc. Soc. R. & P.* XXXV (ii), 291, 292).

[3] Henry Byrde or Brydde, inst. to a canonry and preb. 8 Aug., 1517, d. by 13 Oct., 1538 (*ibid*).

[4] Master Giles Cowper, A.M., inst. 16 Jan., 1527–8. He was still canon in 1535, but not at the dissolution of the college (*ibid.*).

[5] Canon (John Hallesworth) in 1535 (*ibid.* and *V.E.* IV, 310) : instn. not recorded. He was canon at the dissolution.

[6] *Sic.*

[7] Elizabeth Hodelston, daughter and heir of Henry Hodelston (d. 1490), who was great-grandson of John Pyel, the founder of the college, married Sir Thomas Cheyne, whose second wife and widow was Anne Parr, sister of queen Katherine Parr. Anne Cheyne presented to canonries in 1516, 1518–19 and 1528, and presumably augmented the endowment of two out of the six canonries provided for in the original scheme. No mention of Cartar's instn. remains, but More (or Moer) was a canon in 1535. See *Assoc. Soc. R. & P.* XXXV (ii), 267–292 : *The Early History of the College of Irthlingborough.*

Et istis sic comparentibus dominus articulos sui aduentus tunc ibidem eisdem proposuit ; et quia pestis ibidem reg[n]abat vt asseruerunt decanus et capitulum dominus visitacionem suam . . . . dissoluit.

2

Yrtlingburgh collegium

VISITACIO EXERCITA IN ECCLESIA COLLEGIATA IBIDEM IN CAPELLA BEATE MARIE IBIDEM D[IE] VENERIS PROXIMA POST FESTUM SANCTI BARTHOLOMEI ANNO DOMINI M° CCCCC^mo XX[X^mo] PER DOMINUM CANCELLARIUM.

Comparentibus ibidem presbiteris dominis / Ricardo Stokes decano / Henri[co] Berde magistro Egidio Cowpar et domino Johanne Haldesworth socij[s] ex antiqua[1] fundacione necnon dominis Roberto Carta[r]et Roberto Moer socijs ex noua fundacione domine Chyne[y].

Dominus cancellarius exposuit articulos visitacionis et deinde ad exa[minacionem] eorundem[2] procedendum fore decreuit ; et deinde quia pestis ibidem regnabat dominus continuauit visitacionem suam ibidem vsque ad et [in] vltimum diem mensis proxime futurum continuauit[3] et in quemlibet diem iuridicum citra.

XXXV

IVINGHOE PRIORY

L. fo. 45*d*

Prioratus Sancte Margare[4] in Bosco

VISITACIO EXERCITA IN DOMO CAPITULARI IBIDEM XXIIJ^cio DIE MENSIS MAIJ ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO XXX^mo PER MAGISTRUM JOHANNEM RAYNE VTRIUSQUE JURIS DOCTOREM REUERENDI IN CHRISTO PATRIS ETC . CANCELLARIUM.

Facto certificatorio per priorissam comparuerunt omnes moniales subscripte videlicet.

Domina Elizabeth Wywell priorissa[5]
Domina Mergeria Hardewyke subpriorissa
Domina Lucia Long
Domina Johanna Bate

[1] *compo* cancelled.
[2] *processit* cancelled.
[3] *Sic :* repeated.
[4] *Sic :* for *Margarete*.
[5] Elizabeth Wyvill died in 1534, and Margery Hardwick was elected in her place (*V.C.H. Bucks.* I, 355). Margery Hardwyke was prioress at the dissolution : see pension list, *L. & P.H. VIII*, XIII (i), p. 575.

Priorissa . Dicit domus indebitatur creditoribus ad[1] summam lj s. iiij d.

Subpriorissa . Dicit quod domina Johanna Bate recessit a prioratu in vigilia sancti Nicholai et redijt domum circiter dominicam Passionis[2] . Alias omnia bene.

. . . . . .[3] Dicit omnia bene.

Dominus iniunxit dicte domine Johanne quod non exeat loca claustralia sine licencia priorisse et quod quolibet die Mercurij . Veneris et Sabbati ieiunabit pane et aqua et quolibet die dicet vij psalmos penitenciales et letaniam , et quolibet die dum vixerit dicet quinquies oracionem dominicam , salutationem angelicam et vnum symbolum apostolorum ; et ipsam a sentencia excommunicacionis quam incurrebat exeundo in apostasiam ipse absoluit.

Dominus eciam iniunxit priorisse quod ipsa quam citius poterit prouidebit [pro] duabus alijs monialibus.

Quibus iniunctionibus sic factis dominus visitacionem dissoluit.

XXXVI

KIRKBY BELLARS PRIORY

1. A. fo. 142

2. L. fo. 16

1

Kyrkby Bellers

Visitacio exercita in domo capitulari ibidem die xiiij° Julij Anno 1518mo per magistrum Thomam Swayn commissarij domini episcopi Lincolniensis.

Iste prioratus est de fundacione episcopi Lincolniensis[4] et habent ecclesiam parrochialem de Kyrkby Bellers eisdem appropriatam et eidem deseruiunt per vnum de canonicis ibidem ammotiuum.

Yniungatur priori quod ipse faciat fratres suos ingredi dormitorium hora consueta singulis noctibus . Iniunctum fuit priori quod ipse faciet hoc obseruari.

Frater Willelmus Wymondeham supprior est proprietarius : habet gregem ouium et nonnulla alia animalia de proprio vt asserit[5] / Ipse enim oues et illa animalia habent priuatam signationem ab

[1] *valorem* cancelled.

[2] From 5 Dec., 1529, to about 3 April, 1530.

[3] Probably *Bate*. There are faint tokens of Long's deposition above this, quite illegible.

[4] See for the history of this priory and its transmutation from a college of secular priests *Trans. Leices. Archaeol. Soc.* XVI, 129–212. The patronage seems to have lain in the bishop's hands from the time of its conversion into a priory in 1359–60.

[5] *Sic :* for *asseritur*.

alijs animalibus monasterij . Iniunctum fuit priori quod ipse citra festum[1] proximum videret statum ipsius Willelmi et quod ipse Willelmus deinceps abneget proprietatem.

Tenementa monasterij non sunt bene reparata . Iniunctum est priori quod ipse iuxta vires suas huiusmodi tenementa reparabit quamcicius commode poterit.

Subcelerarius non preparat pro canonicis esculenta salubria . Iniunctum fuit celerario quod deinceps preparabit victualia salubria fratribus honeste ministranda.

Dominus Johannes Kyrkby canonicus notatur de incontinencia cum quadam[2] lotrice monasterij . Dominus Willelmus Borow canonicus dicitur esse eiusdem conuersacionis seu saltem fautor talium.

Quidam ex canonicis domus nimis sero bibunt et garrulantur in cameris suis : tales sunt fratres Willelmus Borow , Johannes Kyrkby et Willelmus Muston et sunt suppriori quodammodo disobedientes.

Subcelerarius monasterij non attendit omnino ad honestatem domus , eo quod plerumque denegat fratribus suis victualia pro amicis suis et specialibus benefactoribus monasterij.

Fratres non sunt certiores de statu domus.

Dominus prior arguit et redarguit fratres aliquid in visitacionibus detegentes , et eos odio semper prosequtus est finitis visitacionibus et eosdem male tractat.

xv^mo^ Julij anno Domini m^o^ ccccc^mo^ xviij^mo^ magister Thomas Swayn in domo capitulari ibidem iudicialiter sedens visitacionem dissoluit.

2

[Kirkby Bellars][3]

Vi[SITATIO] . . . . . [ANNO MILLESIMO] CCCCC^mo^ XXVIIJ^uo^ . . . . . .

Prior exhibuit . . . . . .
hij subscripti vn . . . . .
Dominus . . . . . .
Johannes . . . . . .
Frater Wil . . . . . .
Frater Willelmus . . . . . .
Frater Wi . . . . . .
Ijdem prior pro . . . . . .
Stapleford /[4]

[1] Blank left. [2] Blank left for name.
[3] Much of this record is in very bad condition and almost irrecoverable.
[4] Probably this should run : Iidem prior [et conventus] pro[prietarii sunt ecclesiarum de Kyrkby , Buckmynster , Garthorp , Twyford et] Stapleford. See *Val. Eccl.* IV, 149.

Prior[1] Willelmus Borowe et Cly[fton] . . . . . .

Willelmus Borow sequitur . . . . . .

Dominus iniunxit Willelmo Borow et Johanni Clyfton ac al . . . . . surgere ad matutinas singulis noctibus nisi infirmantur.

Subprior Willelmus Borow celerarius abest plerumque a matutinis Et idem celerarius[2] custodit canes anglice greyhoundes quos pascit[3] pane / Dominus iniunxit dicto celerario quod ipse amodo non[4] custodiet huiusmodi canes anglice greyhoundes.

Wymondham . Dicit quod celerarius plerumque transit in villam de Kyrkby et ibidem sedet potando . . . . . Fratres cum accipiant recreaciones non insimul exeunt et insimul reuertuntur / sed quandoque exeunt singillatim / Orti canonicorum non bene seruantur . Prior non arguit fratres suos delinquentes vt deberet /

fo. 16*d*.

. . . . . negocijs domus . . . . . negocijs domus prior.[5]

[Prior non reddit compotum administrati]onis sue / Dominus iniunxit priori . . . . . citra festum sancti Andree Apostoli . . . . . idem festum huiusmodi compotum faciat.

. . . . . tum est supra.

. . . . . fratrum suorum in dimissione firmarum . . . . . firmarios et inducit peiores . . . . . augeri.[6]

. . . . . ipse citra festum faciet numerum augeri ad numerum . . . .[7] aliorum canonicorum honestorum et eruditorum in gramatica / citra festum Omnium Sanctorum proximum.

Dominus iniunxit omnibus canonicis quod cum exeant in recreaciones omnes[8] exeuntes insimul egrediantur et reuertantur , nec villam de Kyrkby aut aliquam[9] aliam villam ingrediantur et dum sunt extra insimul permaneant /

Et eciam iniunxit canonicis quod ipsi meliori modo custodiant ortos suos /

[1] The prior at the dissolution was William Kyrby (*L. & P.H. VIII*, XIII (i), p. 575).

[2] *habet* cancelled.

[3] *preste* cancelled.

[4] *custodit* cancelled.

[5] A word cancelled.

[6] The general sense is that the prior in leasing farms acted without the advice of his brethren, turning out good lessees and admitting others of an inferior type. The last part of this *detectum* was probably a petition for an increase in the number of canons : cf. next paragraph.

[7] *diu* . . . cancelled and another word written above. In 1536 there were eight canons ' besides the prior, all priests of good conversation and living, and keeping good hospitality ' (*L. & P.H. VIII*, X, no. 1191, p. 496).

[8] *simul* cancelled.

[9] A word cancelled.

Et hijs iniunctionibus sic factis dominus visitator visitationem suam huiusmodi dissoluit. /[1]

XXXVI

KYME PRIORY

L. fo. 8

Kyme prioratus[2]

VISITACIO EXERCITA IN DOMO CAPITULARI IBIDEM DIE JOUIS XVIIJmo DIE MAIJ ANNO DOMINI 1525mo PER MAGISTRUM JOHANNEM REYNE DOMINI JOHANNIS EPISCOPI LINCOLNIENSIS CANCELLARIUM.

Exhibito primitus certificatorio per priorem in scriptis comperunt[3] hij subscripti.

Dominus Radulphus Fayrfax prior[4] . Subprior est nimis remissus aliquando in concedendo licentias *canonicis* egrediendi monasterium.

Dominus Thomas Bright subprior[5] Dominus Oliuerus Elward non est omnino obediens subpriori.

Dominus Johannes Feriman capellanus capelle sancti Thome[6] Dominus Oliuerus Elward est aliqualiter rixosus inter fratres suos

Dominus Oliuerus Elward . Nichil detegit reformandum.

Dominus Johannes Bryce precentor et sacrista . Nichil detegit reformandum.

Dominus Georgius Hunt capellanus capelle sancti Thome . Nichil detegit reformandum.

Dominus Johannes Wake presbiter parrochialis . Dominus Oliuerus Elward est quandoque verbosus.[7]

Dominus Johannes Favell succentor . Nichil detegit reformandum.

Dominus Johannes Baxter . Nichil detegit reformandum.

Dominus Robertus Steille . Dominus Oliuerus Elward est aliquando disobediens et verbosus.[8]

Qua quidem examinacione sic facta dominus iniunxit dicto domino Oliuero Elward quod ipse deinceps abstinebit se a verbis

[1] Ff. 17, 17*d*, 18, 18*d* left blank.

[2] *Styxwold* cancelled.

[3] *Sic* : for *comparuerunt*.

[4] Prior at the surrender, 6 July, 1539 (*L. & P.H. VIII*, XIV (i), no. 1222, p. 546).

[5] Not on the pension list after the dissolution. John Farnam, subprior at the surrender, called Feriman below, appears as Farman on the pension list (*ibid.* XIV (i), no. 1280, p. 563). Of the others Wake, Bryce, Favell, Elward and Baxter are all on the pension list as 'aged men', together with one Richard Browne. The names of Hunt and Steille are wanting. Two young men, Robert Ellyngton and Robert Lunde, are on the list.

[6] Probably at North Kyme. Two chaplains at 'Northeholm' are mentioned in 1526 (*Subsidy*, p. 92).

[7] Wordy in the sense of quarrelsome.

[8] *rix* cancelled.

contumeliosis et quod erit obediens priori , subpriori et alijs senioribus suis.

Item iniunxit subpriori quod ipse amodo non sit lenis in[1] licencijs exeundi monasterium canonicis concedendis.

Item iniunxit omnibus de capitulo quod ipsi temporibus quibus de licencia exeunt monasterium non ingrediantur aliquam domum ville de Kyme aut alibi.

Et deinde hijs iniunctionibus sic factis dominus visitator visitacionem suam huiusmodi ibidem dissoluit et ipsos omnes in pace dimisit.[2]

XXXVII
LANGLEY PRIORY
A. fo. 137

LANGLEY VISITACIO EXERCITA IBIDEM PER MAGISTRUM THOMAM SWAYN COMMISSARIUM ETC . DIE SABBATI IIJ^{cio} DIE JULIJ ANNO 1518mo.[3]

Domina Mergareta Chatterton et domina Anna Fairfeld non sunt omnino obedientes neque pacifice sed plerumque discordantes / Iniunctum fuit tunc eisdem quod deinceps obedirent suis supperioribus et quod non discordarent.

Duo ciphi domus impignorantur magistro Lemyngton pro iiij li. vj s. viij d. / Domina priorissa promisit istos duos ciphos citra festum sancti Michaelis proximum redimere.

Domina Mergareta Chatterton non surgit singulis noctibus ad matutinas vt alie moniales ibidem faciunt / Iniunctum fuit quod deinceps surgeret /

Eisdem die et loco prefatus dominus commissarius iniunxit priorisse quod ipsa deinceps annuatim redderet computum administrationis sue et huiusmodi computum publicaret coram sororibus suis semell in anno in domo capitulari.

Et sic visitacionem ibidem dissoluit /.

XXXVIII
LAUND PRIORY
L. fo. 20*d*

Launde prioratus visitatio

VISITACIO EXERCITA IN DOMO CAPITULARI IBIDEM DIE VENERIS VIDELICET XXIIIJ^{to} DIE MENSIS JULIJ ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO XXVIIJ^{uo} PER DOMINUM CANCELLARIUM.

[1] *huiusmodi* cancelled. [2] Fo. 8*d* is blank.

[3] The details of this visitation are very scanty. In 1536 it was reported that the nuns were ' six besides the prioress, who is of great age and impotent ; all are of good and virtuous living and conversation ; one is sister to the late Sir Ric. Saccheverell, almost 80 years old, ' one other is in regard a fole ' (*L. & P.H. VIII*, X, no. 1191, p. 497).

Exposito verbo Dei per magistrum[1] Cleyton vicarium de Bukmynster prior de Landa certificauit se citasse omnes confratres suos per littera suas sigillo *communi* sigillatas . Comparuerunt isti omnes canonici subscripti.

Dominus Johannes Lancaster prior.[2]
Dominus Willelmus Stokkeston subprior.[3]
Dominus Willelmus Peatelyng[4]
Dominus Johannes Lodington celerarius[5]
Dominus Thomas Medebourn sacrista[6]
Dominus Thomas Frysby refectorarius[7]
Dominus Willelmus Howghton precentor[8] (infirmus)
Dominus Willelmus Alderwas subcellerarius[9]
Dominus Willelmus Lecetur petecionarius[10]
Dominus Robertus Northampton succentor[11]
Frater Hugo Halstede nouicius[12]
Frater Robertus Lydington nouicius[13]
Frater Thomas Borow nouicius[14]
Frater Johannes Haloughton nouicius[15]

Ipsi prior et conuentus habent ecclesias videlicet ecclesiam de Lodington , ecclesiam de Tylton cum capella de Marfeld et[16] Whadbarow , ecclesiam de Frysby , ecclesiam de Ashby Folwell cum capella de Barysby / Ketylby cum capella de Holwell , ecclesiam de Welham , ecclesiam de Owdeby , ecclesiam de Ashby Leodegarij , ecclesiam de Weston cum capella de Sutton , Wardeley

[1] Blank. Supply *Johannem* (*V.E.* IV, 155).

[2] Prior at the dissolution, 16 Dec. 1539, and see pension list (*L. & P.H. VIII*, XIV (ii), no. 692, p. 256). For a strange story of an alleged attempt of a serving-man to blackmail him in 1536, see *ibid.* X, no. 1252, p. 522. A list of certain goods which he desired to retain after the dissolution includes 'certain stone with which he had intended to build a chapel for the late King and Queen, the present King and himself' (*ibid.* XIII (ii), no. 1123 (1), p. 469).

[3] Stokfaston, Stockfaston (i.e. Stockerston), *alias* Beyrege, in pension lists (*ibid.* XIII (ii), no. 1123 (2), p. 470 ; XIV (ii), *ut sup.*). Most of the canons bore local names. Stockerston, Loddington, Medbourne, Frisby, Houghton, Halstead, Liddington, Borow (Burrough-on-the-Hill) and Hallaton are all near or at no great distance from Laund. Peatling is a little further, Leicester and Northampton speak for themselves, and Alrewas is in Staffordshire.

[4] Not in pension lists.

[5] Lodyngton, *alias* Atkyns in first, Atkyns in second list.

[6] Metburne, *alias* Bowman, sexton, in first, Bowman in second list.

[7] Frisbie, *alias* Sotherey, without office, in first, not in second list.

[8] Houghton, *alias* Worthe, subcellarer, in first, not in second list.

[9] *Alias* Bayly, chaunter, in first, Bayly in second list.

[10] Leycester, *alias* Barton, in first, Barton in second list. The 'petitioner' was the officer who went on errands to collect alms for the house.

[11] Altered from *subcentor*. Not in either pension list.

[12] Halsted, *alias* Hely, subchaunter, in first, Helye in second list.

[13] Lyddyngton, *alias* Barret, in first, Barrett in second list.

[14] Bowrow, *alias* Palmer, fraterer, in first, Palmer in second list.

[15] In neither list. The pension lists contain only one new name, that of Ralph Wolston, *alias* Coke or Cooke ; but the first, containing the names of those desiring favour for the assignment of pensions, includes a late canon of Kirkby Bellars, Thomas Hughet.

[16] *capella de* cancelled.

cum capella de Belton ac medietatem ecclesie de Weldon . Non sunt vicarij instituti in ecclesijs de Lodington et Belton.[1]

Prior . Dicit omnia bene.

Subprior . Dicit omnia bene , set dicit quod refectorium est ruinosum multum , set prior habet parata multa necessaria pro reparacione eiusdem ; et silue[2] monasterij diminuuntur , set dominus prior fecit multas reparaciones et habuit multa onera[3] in solucionibus domino regi et alijs.

Lodington[4] . Dicit omnia bene . Dicit quod refectorium est nimis ruinosum , set dominus preparauit multa necessaria pro eodem.

Medebourn[5] . Dicit omnia bene . Refectorium est ruinosum et quandoque parum[6] pluit in ecclesia , set dominus preparauit plumbum et alia necessaria pro eijsdem.[7]

Frysby[8] . Dominus prior vult leuiter audire et credere querelas contra fratres *de Peatelyng* / *et clerici*[9] et non vult libenter audire fratres suos pro suis excusacionibus habendis / et post correcciones factas non tractat eos caritatiue sed recusat loqui eis longo tempore post correccionem . Dicit quod dominus est vtilis monasterio et bene prouidit pro pascuis suis et propter . . . . religionem infra domum . Dominus iniunxit priori vt caritatiue se haberet *erga*[10] fratres suos et quod non sit facilis ad credendum leuibus verbis contra fratres suos.

[Fo. 21.]

[11]Dominus subprior post correcciones factas aliquando non tractat fratres carita[tiue] set reuocat ad memoriam et recitat et[12] obijcit correcta / Iniunctum est subpriori, quod caritatiue tractet fratres atque caritatiue corriget correcciones et non apponat correcta contra correctos.

Refectorium est ruinosum vt supra . Silue monasterij diminuuntur.

[1] The churches are Loddington, in the parish of which Launde is situated, Tilton with the chapels of Marefield and Whadborough, Frisby, Ashby Folville with the chapel of Barsby, Abkettleby with the chapel of Holwell, Welham and Oadby, all in Leicestershire, Ashby St. Ledgers, Weston-by-Welland with the chapel of Sutton Bassett, and a moiety of Weldon, all in Northamptonshire, and Wardley with the chapel of Belton in Rutland. Loddington was probably served by a canon of the priory. Vicarages existed in the other churches with the exception of Wardley, here referred to by the name of its chapel, Belton.

[2] *eorum* cancelled. [3] *pro* cancelled.

[4] This and the names of the next two deponents are cancelled. The letter N is written over the initial of Lodington, probably the first strokes of M[edebourn]. It is probable that the deponents were confused in the notes made by the clerk.

[5] Cancelled. Some other name seems to have been begun first, as the first e is altered from d.

[6] *Sic :* the meaning seems to be 'it rains a little.'

[7] *Sic.* [8] Written over another name cancelled.

[9] The meaning is that the prior was too ready to hear the complaints of William Peatling and of the clerk Hodgis (see below) against the canons. The interlineation is obviously careless.

[10] *contra* cancelled. [11] Names of deponents omitted. [12] *l* cancelled.

Refectorium est ruinosum.

Ecclesia est aliquantulum ruinosa et refectorium est ruinosum.

Iniunctum est priori ne[1] mulieres accedunt[2] ad loca claustralia.

Peatelyng seminat discordiam inter priorem et fratres / et non est religiose dispositus , quia raro confitetur et terdum[3] recipit corpus dominicum . Iniunctum est Peateling vt desistat[4] ab huiusmodi seminacione discordiarum / et eciam sibi iniungitur vt sepius et multociens in anno confiteatur et repiet[5] corpus dominicum iuxta[6] ordinem religionis.

Clericus videlicet Thomas Hodgis fuit expulsus *monasterio de Wolleston*[7] propter seminacionem discordie ibidem et mendacias querelas.

Vicaria de Belton[8] appropriatur rectorie.

Vicaria de Lodington appropriatur rectorie.

Deinde dominus facta diligenti examinacione in premissis et salua atque reseruata potestate reuerendo patri domino episcopo Lincolniensi faciendi iniuncciones pro reparacione refectorij et[9] alias iniuncciones prout sibi melius videbitur visitationem sic dissoluebat.[10]

XXXIX

LEGBOURNE PRIORY

1. A. fo. 52*d*
2. L. fo. 12

1

Legburne prioratus

VISITACIO EXERCITA IN DOMO CAPITULARI IBIDEM XIX^no^ DIE JULII ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO XIX^no^ PER REUERENDUM IN CHRISTO PATREM DOMINUM WILLELMUM DEI GRACIA LINCOLNIENSEM[11] PERSONALITER.

Quidam canonicus vicarius de Cawthorp[12] est confessor monialium .

Infirmaria non est perfecte reparata / neque satis bene preparata pro infirmis monialibus.

Alique ex monialibus aliquando laborant aliqualiter circa fenum faciendum / in presentia tamen priorisse.[13]

[1] *permittan* cancelled. [2] *Sic :* for *accedant.*
[3] *Sic :* ? for *interdum.* 'Seldom' is meant. [4] *seminac'* cancelled.
[5] *Sic :* for *recipiat.* [6] *ordines* cancelled. [7] I.e. Owston.
[8] Wardley is meant. [9] *alijs* cancelled. [10] Fo. 21*d* is blank. [11] *Sic.*
[12] Anthony Lewys, vicar of Little Cawthorpe in 1526 (Salter, *Subsidy*, p. 18), is called *canonicus* in 1535 (*V.E.* IV, 56). He was doubtless a canon of the Gilbertine priory of Alvingham, to which the church was appropriated.
[13] The prioress at this date was Agnes Otteley, called Otteby in *V.C.H. Linc.* II, 155.

Legburn prioratus

2

VISITACIO EXERCITA IN DOMO CAPITULARI IBIDEM PRIMO DIE JULIJ ANNO DOMINI 1525to PER MAGISTRUM JOHANNEM RAYNE REUERENDI IN CHRISTO PATRIS DOMINI JOHANNIS EPISCOPI LINCOLNIENSIS VICARIUM IN SPIRITUALIBUS GENERALEM.

Priorissa certificauit se exequtam fuisse monitionem domini pro visitacione sua et deinde comparuerunt omnes moniales ibidem inferius nominate.

Domina priorissa Agnes Otteley . Dicit quod domina Vrsula Tathewell est *aliqualiter* disobediens priorisse et alijs suis superioribus et reuelat reformaciones sibi impositas eciam laicis / Ipsa domina Vrsula est[1] aliquando familiaris cum extraneis presertim presbiteris / et ipsa confert amicis suis omnia fere que habet / videlicet duo cocliaria argentea / vnam iiij virgatas panni lanei quas priorissa sibi contulit / Non reddit statum nec compotum priorisse // Moniales domus confabulantur cum extraneis[2] aliquando sine licencia priorisse /

Iniunctum est priorisse ne admittat aliquas extraneas personas ad[3] commorandum infra prioratum nisi de licencia ordinarij / nisi juuenes pro quorum expensis est racionabiliter satisfactum , ita quod prioratus non deterioretur / Eciam ne aliqua monialis ibidem fiat commater alicuius / Et eciam quod omnes moniales sint ibidem obedientes priorisse et alijs suis superioribus / et quod nulla earum referat aliquibus extraneis correcciones sibi impositas nec alia secreta domus . Iniunctum est domine Vrsule Tathewell ne ipsa deinceps habeat aliquam familiaritatem siue colloquium cum extraneis nisi de licencia priorisse et tunc in conspectu *et presentia* ij vel iij sororum suarum / et quod ipsa non conferat aliquid alicui amico suo sine licencia priorisse / et quod ostendat statum suum priorisse cum[4] vocata fuerit sine dissimulatione / et quod restituat dicta cocliaria / et quod[5] ante festum sancti Michaelis proximum jeiunet vj diebus Veneris pane et aqua /

Agnes Gimmeld . Omnia perfecta ait esse in monasterio /

Alicia Fillbaron . Omnia asser*it* recte disponi in monasterio /

Agnes Garrett . Refert nichill mali in monasterio se cognouisse /

Elisabeth Pinchebek . Domina Vrsula Thathewell est aliqualiter familiaris cum domino Johanne[6] cantarista de Legburn / firmiter tamen credit quod nichill mali perpetratur apud eosdem / Moniales juniores existentes cum priorissa maiorem habent libertatem quam deberent aliquando habere / Domina priorissa est eisdem[7] *fauorabilis*

[1] *nimis* cancelled. [2] *et ita* cancelled. [3] *ho* cancelled.
[4] *Agnes Gimmeld* cancelled in margin. [5] *jeiunet singulis* cancelled.
[6] Supply *Scupholme*. See Salter, *Subsidy* 1526, p. 18 ; *V.E.* IV, 56 (Skopholme).
[7] *nimis* cancelled.

et aliqualiter remissa nec bene potest diligenter attendere eisdem . Domina Alicia Fullbaron est aliqualiter leuis condicionis in loquela sua[1] Iniunctum est priorisse quod ipsa omnem quam poterit adhibeat diligentiam pro monialibus junioribus honeste et religiose educandis et instruendis in regula religionis ac a consorcio secularium personarum conseruandis / Iniunctum est priorisse quod ipsa ammodo non admittat ad communas in dicta domo dictum dominum Johannem nec ad pernoctandum infra prioratum.

Amea Fisshewik . Omnia bene ordinata affirmat /

Johanna Godehand[2] . Omnia bene.

Vrsula Tathewell . Omnia bene ait.

Johanna Horsforth . Omnia bene.

Johanna Missenden[3] . Omnia bene.

Elisabeth Brown . Omnia recte inquit ordinari.

fo. 12*d*.

Iniunctum est eciam priorisse quod si aliqua monialis[4] egre ferat correctiones sibi impositas seu eas deploret aut reuelet quod[5] tunc jeiunet pane et aqua die sequente / Et si huiusmodi correcciones extraneis reuelauerit tunc incarceretur huiusmodi monialis per[6] septimanam sequentem /

Est eciam omnibus monialibus *iniunctum* ne aliqua earum[7] habeat colloquium cum aliquo extraneo nisi in presentia ij sororum suarum et quod nullo modo aliqua monialis admittat siue adducat aliquem *consanguineum*[8] suum ad cameram suam nisi de expressa licencia priorisse vel suppriorisse et[9] in presentia ij vel trium commonialium[10] /

Quibus iniunctionibus sic factis dominus visitacionem suam ibidem dissoluit ac ipsas omnes in pace dimisit.

XL

LEICESTER ABBEY

1. A. fo. 25

L. fo. 22

1

Leicestrie

VISITATIO EXERCITA IN DOMO CAPITULARI IBIDEM DIE MARTIS XVIJ^{mo} DIE AUGUSTI ANNO DOMINI M^{o} CCCCC XVIIJ^{mo} . . . .

[1] *J* cancelled.

[2] *Sic.* Joan Gudband was elected prioress on the death of Agnes Orteley in 1529 (*V.C.H. Linc.* II, 155).

[3] Prioress in 1536. [4] Altered from *moniales.* [5] *se* cancelled

[6] A letter cancelled. [7] *vllo modo admittat* cancelled.

[8] Interlined above *amicum* cancelled. [9] A letter cancelled.

[10] *Et quod nullo modo adducant aliquem extraneum* (*non* cancelled with the beginning of another word).

DIES PREFIXUS PRO VISITATIONE ERAT DIES MERCURIJ : ATTAMEN DE CONSENSU CONUENTUS DOMINUS INCHOAUIT VISITATIONEM SUAM DE MERIDIE PRECEDENTI.

Dominus Robertus Broughton non est pacificus inter confratres suos canonicos sed aliquando litigiosus et vtitur apud eosdem verbis vituperiosis , nec est obediens superioribus suis / Vix celebrat in septimana / vix confitetur semel in mense.

Dominus prior est iam senectute confractus et licet sit dictus religiosus et bone vite / attamen non iam perfecte memorie neque habilis ad suscipiendum . . . . . in officio illo / Velit gaudere iam iubileo[1] . Idem non est modestus et indifferens in correccionibus sed eque innocentes punit et delinquentes.

Domini Thomas Hampton , Johannes Nottingam, Ricardus Dukket et Thomas Bothe , *Johannes Leicester* , dediti sunt omnino[2] ociositati[3] et licet sepius fuerint moniti et iussi per dominum abbatem et priorem quatinus sese aut lecture librorum / aut scripture seu alicui alteri laudabili occupacioni[4] et quod non exirent loca claustralia sine licencia : hoc tamen facere recusant nec huiusmodi iniunctiones perimplere curant.

Quidam ex confratribus obtinent gracias eligendi sibi confessores et absoluend[i] . . . . . cuius pretextu eligunt sibi confessores eciam iuniores canonicos , licet abbas aut alius presidens hoc prohibeat refutantes confiteri confessoribus ad hoc deputatis / Fiat igitur reformacio.

Aliqui ex fratribus petentes aut mittentes pro potu aut aliis esculentis et poculentis horis indebitis et insolitis , licet habeant sufficientia poculenta et alia , nolunt contentari , sed officiarios monasterii[5] vituperant et vilipendunt verbisque comminatoriis apud eos vtuntur.

Seculares seruientes domus custodiunt canes venaticos ad numerum excessiuum . Pueri viuentes de elimosina in monasterio non dant se studio vt deberent sed frequentant ludos et venationes.[6]

[fo. 25*d.*]

Debentur Willelmo Reynold de Thurmeston[7] vltra xx li. pro ouibus et aliis receptis per dominum Thomam Broughton / et eciam Radulpho Hopkynson pro frumento et arietibus xx et vij li.

[1] I.e. He would like by now to be taking advantage of the fiftieth year of his profession, sc. by retiring from office. The will expressed in *velit* was probably that of his brethren rather than the prior himself, though the form of the sentence indicates a personal petition by him.

[2] *ocis* cancelled. [3] *neque vol* cancelled.

[4] *Sic : darent* omitted. [5] *ministrant* cancelled.

[6] At Alnwick's visitation in 1440 the excessive number of hounds in the monastery had been noted. The reduced number of boys in the almonry, apparently from a maximum of twenty-four and an average number of sixteen or fourteen to six had also been a subject of complaint, and one canon said that these, instead of receiving necessary instruction, acted as errand-boys for the canons. See *Lincoln Vis.* II, 208, 209. [7] Thurmaston.

Abbas habet balliuum husbandrie Johannem Gybson non[1] multum vtilem . Ricardus Lee[2] . Equi et animalia seruientium pascunt in pasturis monasterii / Seruientes non sunt diligentes[3] . Willelmus Doleys est aliqualiter delicatus.

Dominus Johannes Babyngton miles contulit huic monasterio terras et tenementa ad summam . . . .[4] librarum pro obitu suo habendo et missa in capella beate Marie celebranda et xij d. distribuendis tempore obitus sui cuilibet canonico presbitero , qui quidem xij d. non distribuuntur / missa tamen vt dicitur celebratur. /

Deputetur vnus in officium hostillarii ad superuidendum orrea et alia negocia monasterii.

Johannes Wilcockes ministrans in promptuario non est honeste condicionis , sed fratribus petentibus poculum potus ministrat verba vituperiosa./

Sacramentum eucharistie non honeste collocatur.

[fo. 26.]

Leicester

Dominus abbas recipit omnia proficua officiorum cerelarii[5] et subcelerarii , camerarii , precentoris ; et licet sint officiarii in eisdem deputati officiis ipsi tamen non recipiunt prouentus officiorum huiusmodi / sed pecunias recipiunt ad manus domini abbatis pro omnibus necessariis / Petitur vt officiarii possint recipere prouentus officiorum suorum et quod singulis annis reddant computum.

Dicitur quod quidam Willelmus Plante defunctus legauit monasterio boscum et subboscum que prius emebat de eodem[6] nomine Thome Skevington videlicet illud quod non erat abscissum et venditum in vita sua / vt sepilietur[7] infra monasterium , vt est iam / et tamen relicta eiusdem occupat huiusmodi boscum et subboscum contra voluntatem defuncti in dispendium monasterii.

Prouideatur quod nedum regula sancti Augustini sed eciam constitutiones huius monasterii propalentur per presidentes[8] precipue subpriorem , et quod omnes fratres audiant , intelligant et obseruent easdem.

Cantarie et memorialia fundata per abbatem Willelmum Clowne[9] Willelmum Maluern et Ricardum Tomes non seruantur[10] , et licet

[1] *multem* cancelled.
[2] *Sic.* No explanation of the insertion of this name is apparent.
[3] *ad* cancelled.
[4] The number is not given in the MS, but the word *hoc* is written here, possibly in inadvertence for *octo.*
[5] *Sic :* for *celerarii.*
[6] *Sic :* probably for *quodam.*
[7] *Sic :* for *sepeliretur.* The wood and underwood were given to the monastery in return for the grant to the donor of the privilege of burial within the precincts.
[8] *presi* cancelled.
[9] William Clowne, abbot 1345—22 Jan. 1376–7. See Knighton, *Chron.* (Rolls Ser.) II, 125–127, for an interesting eulogy of his character and the benefit of his rule to the monastery.
[10] *neque* cancelled.

seruentur pecunie distribuende pro eisdem videlicet iij s. septimanatim *non*[1] soluuntur.

Fiant scedule super altaribus vt canonici cognoscere valeant nomina eorum pro quibus tenentur orare.

Quidam dominus Johannes Leicester canonicus non est doctus neque sapiens doctrine neque diligit addiscere.

Prouideatur ne fratres dent se potationibus post completorium saltem post horam consuetam , neque ludent ad tabellas , taxillos aut alia similia.

Prouideatur ne fratres exeant loca claustralia et presertim procinctum monasterii sine licencia et quod prouideantur sere pro hostiis claustri et huiusmodi hostia debitis horis claudantur.

Prouideatur quod herbagium terrarum dominicalium et parci applicetur ad vsum monasterii.

Est quidam Antonius Smalley seruiens domini abbatis habens stipendium quatuor marcarum qui cantare debet et rarius venit ad cantandum ; eciam alius nominatus Simondes habens quinque marcas qui deberet cantare et tamen non ita facit.

fo. 26*d*.

